



8

IX<sup>g</sup>

EXERCITATIO THEOLOGICA  
DE  
**DISCRIMINE**  
EJUS QUOD  
**NATURALE ET MORALE.**  
DICITUR IN THEOLOGIA

---

QUAM  
PRÆSIDE  
VIRO SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO,  
DOCTISSIMO  
**SIGISM. JAC. BAUMGARTEN,**  
S. S. THEOL. P. P. O ET H. T. ORD. THEOL. DECANO,  
PATRONO ET PRÆCEPTORE SUMMA PIETA-  
TE ETATEM COLENDO,  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA  
D. DECEMBER. 1744.  
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBJECIT  
HORA LOCOQUE CONSUETO  
AUCTOR  
**GEORG. FRID. MEIER**  
AMMENDORFFENSIS.



---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
LITTERIS HENDELIANIS. 1744.

(8)

XV

EXERCITATIO THEOLOGICA  
DIAGRAMMINE  
SIGISMUS BALTZINGERI  
ATAMINUS ET ALIAS DEDICATI  
ECCLESIA

VIRIS  
SUMME REVERENDIS  
AMPLISSIMIS DOCTISSIMIS  
ORDINIS THEOLOGICI  
IN FRIDERICIANA  
MEMBRIS DIGNISSIMIS

D. JOACHIM. LANGE

S. THEOL. PROF. PUBL. ORDIN. FACULT. SEN.  
ET SEMIN. THEOL. DIRECT.

GOTTHILF AUGUST FRANCKE

S. THEOL. PROF. PUBL. ORDIN. DIOEC. SAL. INSP.  
ECCLESIAST. AD B. V. ET ORPHAN. DIR.

CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS

S. THEOL. ET GRÆC. AC ORIENT. LING. PROF. PUBL. ORD.

SIGISMUND. JACOB BAUMGARTEN

S. THEOL. PROF. PUBL. ORDIN. H. T. ORD. THEOL. DECAN.

BENEDICT. GOTTLÖB CLAUSWITZ

S. THEOL. PROF. PUBL. ORDIN.

JOHANN. GEORG. KNAPP

S. THEOL. PROF. PUBL. EXTRAORDIN.

PATRONIS ET PRÆCEPTORIBUS

SUMMO PIETATIS CULTU

NUMQUAM NON PROSEQUENDIS

HUNC LABOREM

EA QVA DECET OBSERVANTIA

TRADIT CONSECRATQUE

AUCTOR.



VIRI SUMME REVERENDI  
AMPLISSIMI DOCTISSIMI  
PATRONI ET PRÆCEPTORES SUMMOPERE  
COLENDI

**U**T has laborum meorum primitias, qualescunque sint, VESTRIS NOMINIBVS AMPLISSIMIS inscriberem, non communes solum me impulerunt rationes, quibus alii suos labores alicui consecrare commoveri solent; sed peculiare etiam, quod propositum hocce meum effectui dabat, motivum addebitatur. Nexus enim VOS, VIRI SUMME REVERENDI! intercedentis & parentem meum dum animum subibat memoria, recordabar simul rationis, qua VOBIS tenor obstrictissimus, dulcissimæ. Siquidem omne illud, quod doctrinis sanctioribus impendi, tempus, ab ore VESTRO cum pependerim, quicquid veritatum theologicarum in me est scientiæ, id a VOBIS in me profectum esse arbitror, quapropter prima laborum meorum specimina, VESTRIS NOMINIBVS AMPLISSIMIS quidem indigna, VOBIS tamen accepta esse referenda duxi. Benevolo igitur accipite animo VIRI SUMME REVERENDI has paginas, tamquam pietatis meæ erga VOS summae tesseras. Servet interim D E U S T. O. M. VOS orbis erudit ORNAMENTA DIGNISSIMA sospites diu atque incolumes & favete

VIRI SUMME REVERENDI  
AMPLISSIMI DOCTISSIMI  
NOMINIBVS VESTRIS AMPLISSIMIS

devotissimo addicissimo  
GEORGIO FRIDERICO MEIERO.



## PRÆFATIO.



Icū vix non omnis, qui in campum scientiarum irrepit error notionum confusione originem debet, ita etiam quicquid in cœlestis scientiæ ambitu falsi ponitur, ex confusa potissimum veritatum theologiarum repræsentatione ortum trahere, illi manifestum esse debet, qui veritates hasce iisque oppositos errores habet perspectos. Quo tristiora vero quoque periculosiora habenda sunt ea mala, quæ ex his erroribus derivantur, eo pluribus se commendare videtur rationibus, illorum labor qui id demum agunt, ut confusio-  
nis nebulis discussis veritates suis luculentes radiis, ani-  
mum ad assensum trahant exoptatissimum. Et hæc  
ratio est quæ nostrum impulit animum, quum iam pu-  
blicum studiorum nostrorum specimen edendum sit,  
ad hunc potius quam aliud nostræ exercitationi finem  
præfigendum & in eo elaborandum ut terminos *natu-  
ralis* & *moralis* frequenter in sanctiori doctrina obvios

ab

A 3

ab ambiguitate & confusione, qua nonnullis involuti videntur, & a pluribus involvuntur, vindicatum iremus. Nec facile quisquam, cui multorum dubitationes & controversias circa illorum usum exortas, neque minus errores Arminianorum, aliorumque cum illis easdem foventium sententias, innoverunt, utilitatem nostro labore omnem abjudicabit. In tractanda vero hac materia non in eo toti erimus, ut veritates singulas huc pertinentes demonstremus, licet idem non prorsus negligatur simus, sed potius in eo finis nostrilaboris primarius positus erit, ut notiones quibus *naturale* & *moralis* differunt eruamus tales, quales in explicandis veritatis theologicis res ipsa postulat. Ad hunc scopum obtainendum hanc ingredimur viam, quæ multis rationibus omnium brevissima & optima via fuit ut *primum* explicemus quid per *naturale* & *moralis*, in vita communii intelligi soleat; *deinde* exemplis ostendamus qua ratione nostrorum Theologorum probatissimi his terminis in explicandis Theologiae dogmatibus fuerint usi, *præterea* phrasæ connexas in quibus hac vocabula occurrere solent in Theologia explicemus, dijudicemus & quod fieri potest, demonstremus, *Postremo* tandem ex capitibus præcedentibus ipsas notiones *naturalis* & *moralis* generales abstrahamus.

Natura.

**L**Icet vox *natura* vario sumi soleat significatu, eum tamen nostrum facimus, quem vocis etymologia, ususque loquendi nobis commendat; ut per naturam hominis, omne illud intelligamus, quod ipsi a nativitate, & a primo ejus ortu, competit.

Cum

## §. I.

## QUOD NATURALE ET MORALE EST.

7

Cum igitur omnes facultates hominis ejusque vires, quæ ipsi quatenus est homo convenient, ita convenient, natura erit *complexus omnium facultatum & virium, per nativitatem homini intrinsecarum*; seu quod idem est, *principium intrinsecum sufficiens mutationum existentium.*

Alii per naturam intelligunt quod *essentia* nomine venire solet; alii vim *plasticam* seu vim per totum corpus diffusam gubernatricem & directricem; *Mechanismum* alii ut *STURMIUS* in *diff. de idolo naturæ*; *Archæum* alii principiumque vitale natura significari arbitrantur; & quod plus est alii quid sub hac voce sibi repræsentent, aut nescientes aut non indicantes, naturam nec definitam antea, nec descriptam stepe, in *naturantem & naturatam* dividunt, qui tamen non tantum a vero aberrare videntur, quantum illi, qui hac voce numen aliquod fictitum quidem, ipsis tamen adorandum significari sunt arbitrati. Si etymologiam hujus vocis spectaveris, quem nos assumimus, significatus multis modis se commendabit. Vocabulum enim tam romanum, quod a *nasco*, quam græcum quod a *φύω* descendere nobis cum ratione videtur, id quod *innatum* est denotat. Hunc vero quem stabilivimus sensum usui loquendi esse conformem exinde probatum damus, quod in sacris oraculis, quæ tamen ab usu loquendi non sine necessitate recedunt, hæc vox eo occurrit sensu *GAL. IV, 8. EPH. II, 3.* Loquimur hic non de natura in genere sed in specie de *natura hominis*, & cum ad naturam referamus complexum omnium facultatum, naturam hominis non unica efficiet facultas, nec erit eadem aliquid ab homine diversum & per se subsistens. Si vero affirmavimus pertinere huc eas tantum facultates & vires, quæ homini quatenus homo est, a nativitate competunt, excludimus omne illud quod per exercitum homini inest quod quidem

8 DE DISCRIMINE EJUS.

quidem naturale esse potest, neutquam vero ad naturam referendum; nec non illud omne excluditur quod supernaturaliter homini inest, quod licet interdum a nativitate homini convenire possit tamen ipsi non conveniet quatenus est homo. Postrema *naturae* definitio poterit ex priori deduci, cum enim facultates seu vires, si pro synonymis habeantur, sint principia intrinseca mutationum existentium sufficientia, complexus earum omnium seu natura erit principium sufficiens intrinscum mutationum existentium. Non ita intellectam volumus esse hanc notionem, quasi ad intelligibilitatem alicujus mutationis existentis, nihil praeter naturam mutari requiratur, sed ita eandem intelligimus ut ad conceptibilitatem alicujus mutationis existentis, in mutato nihil praeter naturam requiratur. Si vero apposuimus: existentium, reciproce hunc terminum intelligi volumus, possibilias enim alicujus mutationis non in natura sed essentia mutati rationem sufficientem habet, ex natura nihil praeter existentiam mutationum intelligi potest.

§. II.

*Primus significatus naturalis.* Per *naturale*, usu loquendi & etymologia ducibus, omne illud quod quomodounque ad naturam pertinet, intelligimus. Cum vero modus, quo aliquid ad naturam pertinere potest, sit longe diversissimus; vario sensu hanc vocem sumi manifestum est. *Primus* sensus illius erit ut *naturale* dicatur, *quod homini a nativitate, quatenus est homo, convenit.*

Grammaticum, omnium adjectivorum, a substantiis immediate descendantium, esse sensum eundemque primum arbitramur, ut iisdem omne illud denotetur quod ad notiōnem substantivorum suorum quomodounque pertinet. Modum vero quo aliquid ad naturam pertinet esse diversissimum

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. 9

simum comprobant tum experientia, tum Theologorum nostrorum, haud postremo loco habendorum, loquendi ratio. Distinguunt enim inter r̄ò pertinere ad naturam; *constitutive, consequitive, subj. active, perfective & transitive*, conf. QUENSTEDII *systema theologicum P. II 9. b.* Significatus quem hoc paragrapho stabilivimus jure suo primo habendus est loco, quiope qui omnes reliquos postea expoundingos sub se comprehendere videtur, prono alveo hunc sensum ex definitione naturae (§. 1.) proposita fluere manifestum est ei, qui cogitaverit: omne illud quod a nativitate homini convenit in partes posse dividi, hinc quamlibet earum jure vocamus naturalem. Si hoc sensu *naturale* sumitur liquet cur labem originalem seu naturae corruptionem *naturalem* vocare nostratisbus placuerit. Excludimus per hanc definitionem, secundum quam *naturale* illud est quod a nativitate habemus, seu quod in nobis est dum nascimur, omne illud quod per exercitium nobis acquirimus & quod aliunde nos ingreditur.

### §. III.

Alium sensum vocabulum *naturalis*, eumque se-*Naturale* cundo loco ponendum, obtinet si eo intelligimus *id quod secundo se in numerum eorum, qua simul summa naturam constituant, referendum est.*

Veritatem vero hujus definitionis comprobat tum definitio naturalis generalissima (§. 2.) allata, siquidem aliquid etiam ita ad naturam pertinere potest, ut cum reliquis simul summis totam absolutat naturam; tum usus loquendi secundum quem ideo e. g. intellectum facultatem naturalem vocare solemus, quia cum reliquis animae facultatibus totam animae naturam constituit. Excludimus per hanc definitiōnem omne illud, quod non referendum est inter facultates

B

&

10 DE DISCRIMINE EJUS,

& vires hominis quatenus est homo, nec non id quod ex hisce facultatibus & viribus derivatur & profuit, licet alio sensu mox explicando sit naturale. Ideo hunc sensum secundo loco posuimus quia cum præcedente (§. 2.) expicato, quam maxime & primario ad scopum nostrum præsentem facit.

§. IV.

*Naturale* Per *naturale* alio respectu sumtum sæpissime et tertio significati iam intelligitur *id, quod rationem sufficientem habet in natura seu quod per naturam sufficienter determinatur.*

Sicut *naturale* secundo significatu positum, *constitutive* tale dici potest, ita illud hoc tertio sensu sumtum est *consecutivum*, quia ex natura consequitur, seu per eam sufficienter determinatur. Veritas hujus definitionis itidem evincit potest tum ex notione naturalis generalissima (§. 2.) exposita, siquidem aliquid etiam tali modo ad naturam pertinere potest ut consequens seu effectus illius sit, tum ex usu loquendi quotidie obvio, secundum quem e.g. actum ratiocinationis naturalem appellamus, quia in natura animæ rationem sufficientem habet. Rationem sufficientem nos hic non sumere in sensu rigorissimo exinde patet quod tunc nihil naturale dici posset, siquidem omnia in mundo contingentia non habent rationem sufficientem, nisi in Deo. Quapropter hic tantum intelligimus rationem sufficientem proximam & immediatam, & excludimus omne illud quod non est ex natura sufficienter intelligibile.

§. V.

*Quarens si-* Nonnunquam vox *naturalis* etiam ita adhiberi solet ut ea significetur tantum *id: quod aliquam minus sufficientem rationem in natura habet, seu quod aliquo non plenario modo*

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. II

*modo per naturalem determinatur, atque ipsi convenit, magis saltem conforme sit quam ejus contrarium.*

Realitatem hujus notionis tum definitio (§. 2.) eadem qua præcedentium ratione demonstrat, quam usus loquendi secundum quem e. g. actualem vocabulorum connexorum pronunciationem naturalem nominamus, licet rationem sufficientem proximam non habeat in natura hominis sola. *Naturale* hoc sensu accepto opponitur *præternaturale*, quod nullam habet rationem immediatam existentiae in natura illius entis in quo deprehenditur, licet habere possit in aliis rebus finitis, quos sum omnia vulnera referri possunt. Et si *naturale* hoc sensu accipitur, actiones Dei & miracula naturalia dici possunt, quia semper aliquam existentiae rationem habent in eo, in quo contingunt, ente, seu ipsi convenientissime fiunt. In genere adhuc observandum esse putamus: *naturale* vocatio etiam *physicum*, licet haec vox haud raro strictius sumatur pro eo quod in corporibus est *naturale*.

## §. VI.

Explicatis jam notionibus *ratiæ naturalis* præcipuis, *vis naturæ* evolvendum nobis jam erit, quid per *vis naturalem* intelligamus. Cum vis in genere sit principium intrinsecum sufficientis mutationis existentis, *vis naturalis* erit *vis, que est pars naturæ, seu que cum reliquis simul summis naturæ constituit.*

Distinguimus hic cum ratione vires a facultatibus, quippe quæ sunt principia intrinseca sufficientia mutationum possibilium; potuissimus igitur vires definire per complementa facultatum. Realitatem definitionis *vis naturalis* comprobat tum notio naturalis (§. 3.) exposita, collata cum notione naturæ (§. 1.) proposita; tum experientia & usus loquendi

## DE DISCRIMINE EJUS,

quotidie obvius. Nullam aliam ob rationem e. g. vim corporis nostri locomotivam naturalem vocamus, quam quia cum reliquis corporis viribus totam ejusdem naturam efficit. Vocatur etiam vis naturalis *physica* secundum observationem ad (§. 5.) allatam, & *naturalis* vocatur eo sensu quem (§. 2. & 3.) exposuimus.

*Effectus na-  
turalis.*

Ex hac tenus dictis perspectu facillimum est, quid nomine *effectus naturalis* venire soleat. Est nimirum *mutatio existens, quæ in natura rationem existentię sufficien-  
tem habet.*

Vocatur *naturalis* eo sensu quem (§ 4) exposuimus. Videbitur vero forsitan nostra definitio definito angustior; siquidem etiam per usum loquendi illa res, cui mutatio inducitur, effectus nomine venire videtur. Ast qui accuratius rem pensitaverit facile animadverteret, omne illud quod effectus vocatur esse mutationem aliquam, quæ ante non existiterat, jam vero existentiam nanciscitur. Et secundum hanc notionem voluptatem & tedium, ex repræsentatione boni malive oriunda, effectus animæ *naturales* vocare solemus. Possemus adhuc aliud effectuum naturalium ordinem constituere, eundem secundum (§. 5.) definiendo per mutationem existentem quæ aliquam minus sufficientem rationem in natura habet, & huic opponere effectum præternaturale. Sed brevitati studentes studio hæc omittimus.

*Modus  
agendi na-  
turalis.*

Postremo loco nobis adhuc agendum est de modo agendi naturali, per quem intelligimus: *zalem actionum a viribus naturalibus peractuarum determinationem, quæ sit il-  
larum legibus mutationum conformiter.*

Habere omnes vires suas regulas quibus conformiter deter-

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 13

determinantur, evinci potest tum ex ordine qui in hoc mundo est maximus qui possibilis; tum per inductionem praesertim respectu hominis. Siquidem constat tam vires animæ secundum regulas æstheticæ-logico-morales, quam corporis secundum regulas motus determinari. Si vero pro genere definitionis assimus, actionem virium naturalium determinationem, distinguimus definitum ab illis modis agendi, qui quidem legibus mutationum virium conformiter agunt, sed non sunt actionis virium naturalium determinationes, quales postea physico analogas vocabimus. Distinguitur itidem per hanc notionem modus agendi naturalis a præternaturali, ubi quidem vires naturales determinantur, sed non secundum regulas suas consuetas.

§. IX.

Accedamus jam ad aliquod oppositum naturalis *Supernaturale*, per quod id intelligimus *quod quidem ratione in rebus finitis contingit, sed rationem existentiae sufficientem immediatam habet in Deo.*

Opponitur supernaturale per hanc definitionem naturali secundo sensu (§ 4) exposito, sumto. Abhorremus ab ea loquendi ratione, secundum quam effectus sic dicti magici nominantur supernaturales. Omni studio in definitione posuimus, quod *supernaturale* debeat contingere in rebus finitis, quia nobis persuademus: per usum loquendi actiones Dei immanentes, non posse commode vocari supernaturales. Si vero posuimus supernaturale habere rationem sufficientem in Deo, jure objici non poterit: vix non omnes illos, quos supernaturales vocamus, eventus simul habere rationem existentiae in viribus illius entis in quo accident, quia denominatio semper a potiori fit. Cum ratione ad supernaturale requisivimus, ut rationem sufficientem *immediatam* habeat

14 DE DISCRIMINE EJUS.

habeat in Deo, quia alias omnes eventus mundani essent supernaturales. Usui loquendi nostram definitionem esse conformem neminem fugit.

*Vis super-  
naturalis.*

Supernaturali in genere explicato, facile intelligi poterit, quid per vim supernaturalem significetur, siquidem ita nominamus vim, que non est pars naturae seu vis naturalis & que rationem sufficientem habet in Deo.

Definitio haec ex (§. 6.) distinctius explicari poterit, cum oppositorum opposita sit ratio. Eadem vero usui loquendi esse conformem exinde patet quod. e. g. vim miracula patrandi Apostolis concessam supernaturem vocare solemus, quia eadem non pertinuit ad naturam eorum humanam & rationem sufficientem non nisi in Deo habuit. Potuisset etiam ita definiri ut sit vis, effectus supernaturales praestandi, nisi definitiones oppositorum opposita etiam ratione construere voluissimus.

§. XI.

*Effectus &  
modus agen-  
dis superna-  
turalis.*

Restat ut adhuc explicemus tum quid per effectum supernaturem, tum quid per modum agendi supernaturem sit intelligendum. Ille est talis mutatione existens quæ in eo quod non pertinet ad naturam rationem existentiaæ sufficientem habet. Hic est illa distinctione virium supernaturalium mutatione, quæ legibus mutationum virium naturalium non sit conformis.

Quædam quæ ad (§. 7. 8.) annotavimus hic etiam observari debent. Definitio prior ita est comparata, ut sub se comprehendat tam illos effectus naturales, qui in Deo immediatam rationem sufficientem habent, quam illos qui eandem in viribus supernaturalibus habent. Ad priores ut exempla referri possunt miracula ab ipso Deo patrata, ad posteriores

res

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. 15

res vero miracula Apostolorum, ex quibus simul constat nostram definitionem esse usui loquendi conformem. Quod ad posteriorem hic explicatam definitionem attinet, per eam non omnes agendi regulas excludimus, quasi modus agendi supernaturalis nullis legibus conformis fiat, nec asseveramus omnes plane regulas virium naturalium omni excludi respetu, siquidem modus agendi supernaturalis, quoad fieri potest legibus naturae conformis est, sed ita ut, quod per illas tardius ordinario determinatur citius peragatur &c.

§. XII.

Antequam ulterius progrediamur, necesse vide *Physico analogon seu naturali simile voluntatem*.  
tur ut de eo quod *physico analogon seu naturali simile voluntatem*.  
catur paucis agamus. Intelligimus autem per *natura-*  
*li analogon, supernaturalis quod naturali simile est.*  
Occurrit hic terminus haud raro in scriptis Theologo-  
rum, qua propter eum hic explicavimus, praesertim cum in  
progressu tractationis nostrae usui nobis erit haud exiguo.  
Definitionis quam dedimus veritatem satis probare videtur  
vocis etymologia, cum *analogia* latius sumta similitudinem  
denotat. Pro genere assumimus *supernaturale*, quia si af-  
sumeretur *naturale* non esset *physico analogon* sed *naturale ipsum*. Si vero differentiam specificam in eo posuimus,  
quod sit *naturali simile*, minime omnimodam poscimus simi-  
litudinem, nec diversitatem quantitatis tollimus. Cum ve-  
ro similitudo haec vario sumi possit respectu, inde diverse  
*physico analogi species* oriuntur. Si enim aliqua vis super-  
naturalis ita comparata est, ut cum reliquis viribus naturali-  
bus sumta, naturam alicujus entis constitutat, erit illa vis  
naturali *analogia*. Quorsum e. g. referri possint attributa  
divina humanae Christi naturae communicata, modo nobis  
caveamus ne naturam illam, quae per hanc vim *physicæ ana-*  
*logam*

logam quasi aucta est, pro eadem per omnia, quæ sine hac accessione futura fuisset, habeamus: siquidem conceptui ejus postea aliis adhæret, sic enim nobis objici non poterit nos nobismet ipsis contradicere ob (§. 6.). Porro si similitudo hæc supernaturalis & naturalis in eo ponitur, ut vis supernaturalis in agendo secundum easdem regulas mutationum, quas vires naturales in agendo observant, determinetur quod fieri possit, orietur conceptus *modi agendi physico analogi*. Quorsum e. gr. inspiratio sacræ scripturæ referri poterit. Quodsi demum supernaturale naturali in eo simile erit, ut aliqua mutatio rationem existentiae sufficientem habeat in vi physico analogâ, modo physico analogo agente, evolvetur notio effectus physico analogi. Notandum adhuc est hoc quod hic explicavimus physico analogon, jam tantum distinguimus a naturali, licet nonnunquam ipsum dicatur simpliciter naturale.

## §. XIII.

*Morale.*

Accedamus jam ad alterum conceptum, qui necessario nobis est explicandus. Instituti enim ratio postulat ut id, quod *morale* dicitur, nunc eruatur. Quo intelligimus id quod quomodounque ad mores pertinet, si mores dicantur *habitus actionum similiūm a libertate dependentium*.

Ad definitionem morum requirimus: ut sint habitus actionum similiūm, partim quia ex actionibus dissimilibus habitus unius generis oriri non possunt; partim quia usus loquendi id postulat, ut tunc demum voce morum utamur quando habitus actionum similiūm deprehendimus, siquidem e. g. homini adscribimus mores malos, si habitum actionum legib[us] contrariarum sibi contraxit. Si vero apposuimus a libertate dependentium, e morum campo omnes prescribimus actiones naturales libertati non subjacentes, quæ qui-

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 17

quidem interdum sed rarissime mores vocantur. Mens nostra vero in eo consistit: cum libertas sit facultas sponte actiones determinandi per motiva, mores per definitionem dependentiae erunt actiones, quae rationem habent in libertate saltem habere possunt hinc & in motivis, seu representationibus boni & mali, quod cuivis usum loquendi attendenti cum re ipsa convenire apparebit. Quod ad definitionem *vis moralis* attinet eadem ratione eandem formavimus qua antea (§. 2.) notionem *vis naturalis*. Cum igitur aliquid vario modo ad mores pertinere possit, in sequentibus praecipuos nobis necessarios conceptus inde deducemus.

§. XIV.

Affumta generali (§. præc.) explicata *vis moralis* *vis moralis*. definitione, intelligi poterit quid per *vim moralem* innui soleat. Est nimirum *principium intrinsecum sufficiens morum existentium*. Jam quum mores non existere possint, nisi per libertatis determinationem (§. 13.) hæc vero determinetur per motiva, vis moralis erit id quod rationem continet determinationis libertatis, i. e. id ex quo cognosci possint motiva, ad determinationem actionum certi generis necessaria.

Veritatem hujus definitionis comprobatur tum definitio (§. 13.) exposita, tum usus loquendi secundum quem e. gr. orationi cuidam concinne compositæ, & ad animos auditorum commovendos adaptatae, vim moralem tribuimus, quia illa proponit motiva, hinc quia ex ea desumi possunt motiva ad agendum. Exsulare igitur jubemus eum significatum vis moralis, secundum quem, ea vis liberi intelligi posset qua moraliter agere potest. Quodsi vero diximus esse principium intrinsecum, per *intrinsecum* nihil aliud intelligi volumus, quam quod hæc vis conceptum illius entis cui illa ad-

C

scribi-

scribitur ingrediatur. Si vero idem diximus sufficiens, non intelligendum de ratione sufficiente sensu rigorosissimo semita, quia mens tantum haec est: in ente illo cui haec vis adscribitur, nihil praeter eam ad existentiam morum intelligentiam requiri. Cæterum mores existentes hic reciproce esse sumendas manifestum est.

## §. XV.

*Modus agendi moralis.* Ex hucusque dictis perspectu facilissimum est quid nomine modi agendi moralis venire soleat, siquidem ille est talis modus agendi per quem motiva ad agendum suppeditantur.

Omnino illum hujus termini significatum non nostrum facimus, quo modus agendi moralis est determinatio actionum legitimarum, secundum leges morales certo aliquo modo. Nostram definitionem esse usui loquendi conformem, exempla in vita communi obvia facile comprobant, quippe hoc sensu orationi attribuimus modum agendi moralem, si alterum ad agendum vel omitendum movet. Suppeditatio motivorum nihil aliud est quam major gradus possibilitatis hypotheticæ bona & mala cum actionibus connexa clare cognoscendi, huc si accesserit ipsa cognitio conceptus eorum in mente oriuntur.

## §. XVI.

*Effectus moralis.* Denique adhuc explicandum est quid sit effectus moralis scilicet id: quod existentia rationem sufficientem habet in libertate a vi morali determinata.

Veritas hujus definitionis evinci potest, tum ex prioribus definitionibus tum ex usu loquendi. Secundum quem e. g. actualem determinationem animi per orationem persuasoriæ dicimus effectum moralem. Alium etiam sensum posse assumi concedimus, per effectum moralem omne id intelligendo, quod rationem sufficientem habet in libertate, sed nostrum

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. 19

nostrum assumimus per institutum nostrum. Requisivimus determinationem libertatis per vim moralem secundum (§. 14) sumtam, quia usui loquendi convenit dicere, has vel illas actiones fuisse effectus, hujus vel illius orationis, morales cui tamen non nisi vis moralis (§ 14) explicata convenient.

### §. XVII.

Explicatis jam potioribus notionibus ad rem no-  
stram facientibus, accingimus nos ad alteram tractatio-  
nem nostræ sectionem, ostensuri: *Theologos nostros, de civi-  
tate sacra maxime meritos, his, quos explicavimus, ter-  
minis in proponendis doctrina cœlestis capitulo haud raro  
fuisse usos.*

Hanc quam ingredimur viam notionis theologicæ eru-  
endæ, nulli alii postponendam esse arbitramur, partim quia  
explicatio nostra sic plurimum proderit ad utilissima scripta  
theologica, acromaticæ consignata, distinctius intelligenda;  
partim quia nostra sententia hac ratione nunquam orthodo-  
xorum theologorum sententiis refragabitur. Quatruplex  
præcipue (e nobis offert horum terminorum a Theologis  
usus probatio, ut ostendamus 1) nostros theologos in argu-  
mento de verbi divini efficacia, hos adhibuisse terminos, iis-  
demque 2) usos fuisse in explicanda sacramentorum virtute;  
3) itemque in capitibus de unione Christicum fidelibus my-  
stica; nec non 4) in materia, de Adami primi nostri parentis  
ad nos relatione. Ita vero circa hanc materiam occupati e-  
rimus ut primum testimonia ipsa bona fide adducamus, &  
deinde sensum eorum regulis hermenevticis conformiter  
eruamus.

### §. XVIII.

Theologi nostri in explicanda verbi divini efficacia, usus voca-  
vel terminum ipsum *naturalis* adhibent, vel terminos sy-  
nonymicos.

C 2

JOH. lis de Ser. S.

## DE DISCRIMINE EJUS,

JOH. ANDR. QUENSTEDT, accuratissimus Theologus, in *Systemate Theol.* P. I. p. 169. ita in thesi suam sententiam proponit: *habet verbum Dei, ex ipso Dei ordinazione & voluntate, etiam ante & extra usum legitimum, intrinsecum, divinam & sufficientem ad omnes homines vim & efficaciam ad spirituales & divinos effectus, immediatae vere ac proprie producendos.* Quam suam sententiam porro ita explicat n. IV. *Verbum Dei agit etiam vero, reali, divino & ineffabili influxu potentiae sua gratiose &c.* Quibus n. V. addit: *disting. inter vim & efficaciam narravam & intrinsecam sive ipsi verbo intime inhaerentem &c.* Priori modo verbum Dei est efficax b. e. sive verbum Dei legatur sive non legatur, sive audiatur & fide suscipiatur sive non, ista tamen efficacia effectuum spiritualem ipsi semper intrinsece inhaeret ex ordinatione & communicacione divina nec demum aduenit in ipso usu. Verbum enim Dei quo tale ne singi quidem potest sine divina virtute & gratiose spiritus S. operatione quia a verbo Dei inseparabilis est. Et n. VI. expressis verbis asseverat: *Efficacia illa verbo divino est ordinaria, propria & naturalis per primam ejus institutionem ipsi & Deo indea.* Quod ulterius n. XII. egregie ita explicat: *Dist. inter efficaciam naturalem ratione inbasioneis & operacionis. Naturalem verbo Dei efficaciam esse dicimus, quod naturaliter illi comperat & de ejus essentio & natura sit, ita ut non possit verum Dei verbum esse nisi in se continet istam divinam regale vim & virtutem convertendi &c. non tamen propterea agit aut operatur quantum, seu naturaliter stricte loquendo &c. nisi in laxiori significatu & physice agere sumatur pro eo, quod vere & proprie operatur, qui modus agendi non excludit modum hyperphysicum qui verbo Dei proprius est.* Quapropter supra pag. 56. Thes. VII. not. II. verbum Dei principum operationis vocaverat. Consentit cum hoc, JO. ADAM SCHER-

ZERUS

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 21

ZERUS itidem Theologus àueßetatos, cum in systemate Theol. pag. 32. §. XXX. ita dicit: *Quam efficaciam sc. verbum Dei intrinseca & indira vi quantum in se est in omnibus auditoribus praefat.* His jo. CONR DANNHAUERUS calculum suum ad- jicit, quum in *Hodosophia* p. 94. ita sententiam suam proponit: *ita & scriptura sacra in debito suo usu constituta gaudet vir- tute promissionum &c.* quod ita ulterius explicat, sententiam CHEMNITII suam faciens: *sicut semen in se habet virtutem crescendi, fructum ferendi & sui simile procreandi &c.* ita ver- bum Dei in se habet spiritualem & vivificam vim hominis rege- nerandi. Aliam diversam quidem, sed non contrariam de vi verbi divini naturali sententiam profert, academia nostræ decus D. JOACH. LANGE, quem non sine amoris & vene- rationis seosu nominare possumus, si in *Oeconom. sal. dogm.* p. 39. n. 4. ita loquitur: *efficacia scripturæ est efficacia eaque non solum naturalis quam scriptura, in quantum verbum est, cum quovis alio scripto communem habet etiam &c.*

§. XIX.

In more Theologorum nostrorum probatissimo. *Ufas vocis* rum esse positum, in explicandis capitibus, *de Verbi divi- moratis de ni efficacia*, termino *moralis* aut explicite aut per synony- *script. sacra* ma uti, exemplis quibusdam illustrioribus probabimus.

Ita supra laudatus QUENSTEDT in *system. Theolog* P. I. p. 170. n. IV. sententiam suam profert: *Distingv. inter mora- lem suasionem (quæ definitio EPISCOPIO, quam definitio- nem suam facit, nihil aliud est, quam motio quæ vim habet movendi voluntatem ut argumenta & rationes modo com- muni movere solent) & veram ac propriæ dictam efficaciam. Verbum Dei non agit solum per suasiones morales, proponendo nobis objectum amabile sed etiam &c.* Concedit ergo Ver- bum Dei licet non solum, tamen ita agere. Et quod in ge- nere

nere de verbo divino hic affirmat, illud etiam in specie de legi sequentem in modum asseverat. P. IV. p. 8. Thes. XXX. *Forma legis moralis interna, consistit in vi directiva, & coactiva circa facienda & fugienda moralia, conscientiam ad obedientiam perfectissimam, aut nisi bac præsteratur prævaricatorum ad penas exquisitissimas obligans.* Quod in Not. I. sub n. 2. ita porrò explicat: est coactiva & obligatoria i. e. habet vim immediate & absoleute obligandi conscientiam &c. Idemque pag. 35. Quæst. IV. ita queritur: *An unus e septem in una quoque se prima in orbem recurrens dies, ex terrii præcepti vi, qua morale est, necessario sit divino cultui destinandus?* Concedit ergo, tertio præcepto convenire vim, quatenus morale est, hinc vim istam esse moralem. Idem etiam Venerand. D. LANGIUS in Oeconom. sal. p. 243. VIII. ita proponit: *Proprietas legis formalis, est in auctoritate dirigente & obligante, & nisi obedientia debita præbetur, dannante.* Quocum consentit DANHAUERUS in Hodosophia p. 472. E. Lex est norma, ejens, obligatrix conscientiae ad obedientiam aut panam, quæ obligatio non est violenta sed paedagogica, unde autem ista legis vis nisi a Deo? Addimus testimonium HÜLSEMANNI in Præl. in Form. Concord. Art. VIII. sect. I. part. 2. § 2. docentis: *si to moraliter agere exponatur pro modo agendi per nudam representationem & significationem ejus, quod Spiritus S. non per verbum tanquam causam subalternam & instrumentalem, sed tantum ad presentiam & concomitantiam Verbi efficiat, tunc negamus instrumenta bæc (sc. verbum Dei) operari tantum moraliter.* Ergo concidit agere etiam moraliter.

## §. XX.

*Ufus vocis*      Theologos nostros orthodoxos, in explicanda *symbolicæ naturalis de crumentorum efficacia, termino naturali, vel ipso vel syno-sacramentis.* suas proponere sententias, sequentibus ostendemus exemplis.

Sæpius

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. 23

Sæpius jam citatus QUENSTEDT *System. Theol.* P. I. p. 170. n. VI. affirmat: *Per verbum & sacramenta* (inquit D. HÜLSEMANNUS *Brevior. c. XI. Th. IV.* cuius sententiam adeo adoptat) mediante ordinaria ipsorum efficacia, non elevata ad tempus, confertur homini facultas credendi. Quam efficaciam ordinariam, paulo ante, propriam & naturalem, per primam institutionem a Deo inditam, nominaverat. Paulo post vero n. VII. ita loquitur: *Dist. inter instrumenta mere naturalia, & media sua essentia supernaturalia, ab ipso Deo producta & instituta, qualia sunt Dei verbum, ut Dei verbum est, & sacramenta quatenus constant simul re terrena & celesti.* Illa indigent novo motu, & elevacione nova, ad effectum novum ultra propriam suam & naturalem virtutem producendum; hec vero a prima institutione & productione, sufficienti h. e. divina & summa vi ac efficacia praedita sunt, nec indigent nova & peculiari aliqua elevatione ultra efficaciam ordinariam. Quæ repetit P. IV. p. 84. n. XVII. SCHERZERUS in *System.* p. 338. qui ita loquitur: *Materia terrestris sc. sacramentorum est (δ) physica causa i. e. realis & instrumentalis per virtutem supernaturae littere elevatam agens.* Quibus sub erroribus addit: MARCUS ANTONIUS de DOMINIS definiri posse negat: *an sacramenta physice vel moraliter gratiam efficiunt.* Qui vero definiunt partim in excessu peccant, ut quidam ponit sacramenta ratione materiæ terrena pro causis physicis habentes: partim in defectu nimis Calviniani qui pro nudis signis venditant. Quibus omnibus suam sententiam, quod sacramenta sint causa physice, stabilit. Quibus DANHAUERUS in *Hodoſophia* ita subscriptit: *Advertendum hic: Efficaciam bujus sacramenti esse veram ac realem sed organicam.* Ultimo loco jure meritoque adduci meretur GUSTAV. GEORG. ZELTNERUS in *Brevior. controv. cum Remonstrantibus*, qui in

in controversia XXXVIII. ad primam objectionem p. 393. ita responderet: *Quatenus per sacramenta Deus, tanquam organa efficacia & divina virtute instructa, fidem & cetera gratiae dona, uti sibi placevere in ipsa institutione declaravit, vel accedit vel corroborat, modus sane is agendi physicus est.*

## §. XXI.

*U*isus vocis moralis de sacramentis. Non minus etiam per exempla ob oculos ponit potest: *Theologos nostros in eadem, qua (§. præc.) proposita est: materia, uti termino moralis vel explicite vel synonymice.*

Primo loco allegandus nobis erit supra dictus ZELTNERUS loco citato, ubi ita suam de hac re sententiam explicat: *Datur tertium, si quid determinandum est, ut sit tam physica quam moralis eorum sc. sacramentorum efficacia. Moralis quatenus secundum Dei institutionem tanquam faderis signacula & conditiones, vera fide suscipiuntur & in usu constituantur, atque ita Deum ad promissa implenda, & quam politiciter est, conferendam gratiam Evangelicam movent. Quam vim moralis sacramentorum supra p. 383. in ipsa questione, vim significativam, sicut eorundem vim naturalem efficiam, nominaverat. Quocum consentit QUENSTEDT in System. Theol. P. IV. p. 76. Th. XV. Not. I. n. 2 sunt sc. sacramenta fidei nostræ signacula seu obsignationes, testimonia & quasi signa divina erga nos gratia & benevolentia. Quod p. 82. in objectionum discussione n. III. n. 2. ita corroborat: sacramenta mediariationem obtinent gratiam oblatam & collatam ob signantis, & hoc respectu sunt sigilla & signacula divina erga nos gratia, fidei nobis confirmanda causa divinitus instituta.*

## §. XXII.

*U*isus vocum naturalis & potest exemplis, *Eadem ratione, qua antea, indubbiis in aprico ponit Theologos nostros, versantes in materia*

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 25

teria de nexu Christicu[m] fidelibus per vni[on]em mysticam sen-  
tentias suas, terminis naturalis & moralis, exprimere.

moralis de  
unione cum  
Christo.

Instar omnium esse poterit summe venerandus D. JOACH.

LANGE in Oeconomia sal. dogm. p. 453. *Forma Ecclesiae*, in-  
quit, strictius sic dicta consistit in unione & communione vere  
credenzium cum Christo, capite suo, per fidem, nec non inter se  
in uno spiritu per caritatem. *Quia ecclesia forma ex parte ca-*  
*poris in se continet regimen & influxum, eumque non solum mo-*  
*ralem, in merito Christi positum, sed etiam physicum seu porius*  
*hyper physicum, per infusionem gloriae medicinalis, quam cum fo-*  
*rensis gratia donum justificum conjunctum est: ex parte cor-*  
*poris vero & membrorum ea comprehendit, receptionem omnis*  
*gratiae & subiectiōnem.* Addimus verba QUENSTEDII in  
System. Theol. P. IV. p. 511. not. II. n. 2. & 3. ita differentis:  
*Ips[us] sc̄. Christus ut caput roti corpori p̄f̄est, imperat & pro-*  
*spicit, omnes suorum necessitates novit attendit & curat, per-*  
*cipit suspiria, exaudie preces, sortes suorum pro suo benepla-*  
*cito moderatur. More capitisi communicat suo corpori Spi-*  
*rum S. & vires vitales, vitam motum ac sensum spiritualem.*

§. XXIII.

Accedamus jam ad *nexus primi Parentis Adami* cum I[esu]s carū-  
posterioris tam physicum quam moralem, quem ita a Theolo- dem de nexus  
gis nostris denominatum esse sequentibus probamus Adami cum  
testimoniis.

Primo loco iterum nominari meretur Summe Veneran-  
dus D. LANGE Oecon sal. p. 120. sub litt. b. ita loquens: quem-  
admodum imago Dei non erat depositum naturale sed univer-  
sole & b[ea]reditarium ad posteros traducendum, sive eius privatio  
& contrario malo omnis inde consecuti labes contracta a pro-  
toplatis tamquam fæderium capitum pari transmissa est ad  
omnes posteros. Quibus in schol. 1. addit: *Adamus confide-*  
D *rondus.*

ratus hic est non tantum ut caput naturale, sed etiam ut federale; tamquam caput naturale ad posteros ipsam peccati labem per generationem transfudit; at ut caput federale & morale in istos transmisit reatum ipsa ejus impuritatem secum inveniente. Cui adjungimus QUENSTEDIUM in system. Theol. P. II. p. 53. thes. XIX. not. Supponebant, inquit, Adam & Eva pro toto genere humano, quippe qui considerari debent cum ut principium naturale, seminale videlicet generis humani, cum ut principium morale representativum quippe totius posteritatis & in natura & gratia. Possemus jam ulterius usum horum terminorum in aliis Theologiae dogmatibus offendere, quorsum referri posset imaginem divinam homini fuisse naturalem, nisi finis nostri primarii memores, studio id prætereamus, siquidem non arbitramur in ulla aliis doctrinis Theologiae morale & naturale sibi opponi, & a se invicem contradictingi, nisi adhuc in doctrina de attributis divinis quæ in *naturale* & *moralis* distinguuntur, quæ distinctione quam sit frequentissima testimonii non opus esse videatur.

#### §. XXIV.

*Quid Theologici intelligant per naturale in doctrina de script. sacra.* Adductis jam principiis de usu vocum *moralis* & *naturale* in Theologia testimonii, accingimus nos ad hermeneviticam eorum inquisitionem ut genuinus ipsorum sensus pateat. Quodsi igitur vel rigorosissime in effata nostratrum §. XVIII. adducta inquiramus, apprehendemus tamen: naturale ipsis nihil aliud esse quam vim: quæcum ulla similitudinem totam naturam verbi divini constituit, quæ ipse a nativitate quasi vel a prima ejus institutione inest, & quæ ad effectus salutares se referunt ut causa efficiens ad suum effectum, quapropter naturaliter agere dicitur.

Primum quod hic demonstrandum est in eo consistit, ut ostend-

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 27

ostendamus, Theologos nostros per vim verbi divini naturalem intelligere: *vim quae ipsa a primo ejus ortu competit, & cum aliis simul sumis rotam ejusdem naturam constituit.* Sed superfluum judicamus, in hujus propositionis demonstratione diutius desudare, cum eadem vix non verbotenus in ipsis testimoniis (§. 18.) adductis contineatur. Cur enim vim istam verbi divini naturalem nostrates vocarent, intrinsecam insitam etiam ante usum, ordinariam propriam per primam ejus institutionem ipsis a Deo inditam & naturaliter ei competentem, & talem quae sit de ejus essentia & natura, nisi hanc cum voce conjungerent notionem. Quod ad alterum attinet, non difficilium ostendi poterit, ideo dici verbum divinum agere naturaliter, *quia se refert ad effectus suos ut causa efficiens ad effectum suum.* Tribuunt enim verbo divino vim, ad spirituales effectus immediate vere & proprie producendos. Jam cum producatur quod ex possibili mutatur in existens, & immediate vere & proprie ab altero producatur, quod rationem sufficientem existentiae in altero habet, sententia Theologorum est: verbum divinum in se continere rationem sufficientem effectuum spiritualium existentium, quod cum dicitur causa, & causa per actionem efficiens sit, verbum divinum ideo operatur naturaliter quia secundum sententiam Theologorum nostrorum ad effectus spirituales se refert ut causa efficiens. Quod praeterea egregie inde confirmatur quod dicant verbum Dei agere etiam vero, reali & ineffabili influxu potentiae suæ gratiosæ.

§. XXV.

Si Theologi nostri verbo divino vim moralem attri- *Quid per  
buunt, sententia eorum hæc est: ex verbo divino cognoscitur morale in  
posse motiva ad determinationem actionum legitimorum necesse doctrina de  
faria, script. sacr.*

*faria, & verbum Dei hoc sensu agere moraliter, quia mortivo suppeditando actiones determinat.*

Hoc ita evidenter ex (§. 19.) appetat ut vix probatione indigeat. Nostri enim Theologi vim moralem & modum agendi moralem, seu suasionem moralem, definiunt: per motionem, quae vim habet movendi voluntatem ut argumenta & rationes modo communis movere solent; jam quum voluntas moveatur per motiva, & rationes argumentaque moveant per representationem motivorum, nihil aliud dicunt quam verbum Dei determinare actiones representatione motiva, seu bona & mala cum actionibus coniuncta. Et quum in specie legi tributatur vis dirigens & obligans, obligatio vero in representatione & coniunctione motivorum consistat, inde etiam veritas asserti patet.

### §. XXVI.

*Quid per naturale in sacramentis.* Theologis nostris vis *naturalis* & modus agendi *naturalis* seu *physicalis*, quae sacramentis tribuunt, nihil aliud est, quam *vis*, quae sacramentis a primo ortu convenit, & quae cum oitis simul sumis totam eorum naturam constituit, & tolis modus agendi qualis deprehenditur in causa efficiente effectum producente.

Quum enim per (§. 20.) nostri Theologi affirment, per verbum & sacramenta mediante ordinaria ipsorum efficacia conferri homini facultatem credendi, inde sequitur sententiam eorum eo redire: verbum & sacramenta eadem vi similiter agente esse instructa, jam quum (§. 24.) in aprico posuerimus, vim verbi divini naturalem tam esse, quae ad natum ipsius ut pars constitutiva pertineat, nec non modum agendi naturalem verbi divini nullum alium esse, quam quem in causa efficiente deprehendimus; nulli dubitamus affirmare, in eo etiam hic consistere mentem Theologorum nostrorum.

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 29

strorum. Siquidem vim sacramentorum naturalem, ita comparatam esse affirman, ut sit ordinaria nec nova indiget & peculiari elevatione, & quidem quæ sacramentis a prima institutione conveniat. Et modum agendi sacramentorum ideo vocant *physicum*, quia Deus per sacramenta, tamquam organa efficacia & divina virtute instructa, fidem & cætera dona gratiæ accendit, jam cum fides accendatur si producitur, per vim sacramentorum fides producitur, hinc in sacramentis eorumque vi agente est ratio sufficiens fidei existens, ergo manifestum est Theologos nostros sacramentis adscribere modum agendi, qualen in causis efficientibus comprehendimus.

§. XXVII.

Theologorum nostrorum *sacramentis* vim *moralem*, Quid per & modum agendi *moralem* adscribentium, sententia hæc *moralet in* est: ex *sacramentis* motiva ad *agendum* desumi posse, & *mo-sacramentis*.  
*tiva* suggerrendo actionem determinare.

Hoc ex eo manifestum est: quia sec. (§. 21.) affirmant *sacramenta* Deum movere ad promissa servanda, quæ motio cum fieri nequeat nisi per representationes motivorum, asserti veritas exinde patet. Liquet etiam exinde, quia *sacramenta signa* vocare ipsis placuit, & *fidei obsignationes*. Quum enim fides obsignetur 1) si rationes suppeditantur, bonum quod sperat certum reddentes 2) si rationes suppeditantur, inclinationem versus bonum speratum superponderantem producentes, posterius vero non nisi per motivorum suppeditationem fieri possit, exinde patet: illos, qui *sacramenta signa* vocant, iisdem tribuere talem modum agendi, qualen per motivorum suggestionem explicavimus.

§. XXVIII.

Nexum Christi cum fidelibus in *unione mystica* per Quid per  
D 3 *natu- naturale* &

*morale in uero naturalem nexum & moralem explicantes Theologi, idem nōne cum dicunt ac si dixissent: Christum in unione mystica se referre ad fidèles ut causa efficiens ad effectum, & motiva suggesta ad actionum determinationem.*

Hoc ita manifeste ex testimonio (§. 22.) allatis consequitur ut nihil supra. Quid enim aliud his significari poterit verbis: *Christus insit in fidèles physice, per infusionem gratiae medicinalis, cui ex parte fidelium responderet receptio? infusionis enim gratia medicinalis aliter fieri nequit, quam per operationes ad gratiam specialem pertinentes in fidèles, & productionem correspondentium mutationum status fidelium; communicatio virium, vitæ, motus, ac sensus spiritualis, sane alia fieri nequit ratione, quam qua Christus ut causa efficiens in fidelibus mutations & effectus salutares producit.* Quodsi vero dicitur Christum etiam moraliter connecti cum fidelibus & hic nexus moralis ita explicatur, ut involvat ex parte Christi regimen & ex parte fidelium subjectionem, idem est ac si diceretur: nexus Christi cum fidelibus talis est qualis inter imperantem intercedit, ejusque subiectos, qui quam consistere nequeat nisi in determinatione actionum per motiva, asserti veritas exinde eluceat. Si vero apponitur: *in merito Christi possum, id nostram sententiam non tollit sed potius confirmat, siquidem in nexus hoc mortali Christus etiam ita respectu meriti sui se refert ad fidèles, ut idem sit motivum, quo Deus movetur, ad fidelium felicitatem omni ratione provehendam.*

### §. XXIX.

*Quid per naturale & morale in nexus Adami cum posteris naturalem & moralem denominantes, nihil aliud dixisse quam: nexus hunc ita esse comparatum, ut in posteris aliquid reprehendatur od quod cum posteris.*

*Ada.*

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. 31

*Adamus se referat ut causa efficiens; & aliquid ad quod se  
referat ut motivum.*

Prius, quam evidentissime, ex assertis Theologorum fluit, si enim Adamum nominant caput naturale & principium seminale, a quo descendimus naturali generatione, quid aliud dicere volunt, quam Adamum se ad nos referre ut causam efficientem. Posterior vero majori indiget probatione. Nostrī affirmant: Adamum ideo nominari caput morale, quia in posteros transmisit reatum peccati sui, una cum imputatione, jam quum reatus consistat in obligatione ad culpam & penam, obligatio vero sine motivis locum invenire non posset, Adamus continet motiva i. e. rationes nostræ obligations ad culpam & penam peccati ab ipso commissi. Et Deus quum nobis peccatum Adami imputat, moveri debet ad hanc imputationem, movetur vero actionibus primi nostri parentis, hinc denuo manifestum est nexum Adami cum posteris ideo vocari moralem, quia ad posteros se refert ut motivum, & quia per ejus actiones, & motiva inde desumpta, actiones Dei erga homines determinantur. Qui *attributa Dei in natura & moralia* distinguunt, per prioris generis seu *physica* ea intelligunt attributa quæ ad vim agendi infinitam in Deo pertinent; per *moralia* autem quæ actiones ipsas determinant, seu normas & motiva earundem exhibent.

### §. XXX.

Adductis jam & explicatis testimoniosis Theologorum, quibus usum vocabulorum naturalis & moralis *ad tertiam probavimus & secundum mentem nostram explicacionem.* accingimus nos ad *tertiam tractationis nostræ sectionem*, qua in eo toti erimus: ut *phrases connexos de hac materia occurrentes ulterius explicemus*, dijudicemus & argumentis aliunde desumptis stabiliamus.

### §. XXXI.



32 T. DE DISCRIMINE EJUS, *duo*

*Vis verbi di-  
vini com-  
munis.*

## §. XXXI.

Primum igitur, quod nobis occurrit est *vis verbi divini* quam in duas dispescere licet species. Unam vocabimus *communem* alteram *propriam*. Illa est *ea vis verbi divini* quam cum quolibet alio verbo etiam humano communem habet. Quæ iterum *duplex* est, altera *vis logico moralis* dicitur *qua in facultates hominis superiores operatur*; altera *verbistica*, *qua in facultates ejusdem inferiores operatur*. Hanc vim verbo divino cōpetere, comprobare videtur tum experientia, tum essentia & attributa verbi in genere, quæ verbo divino etiam convenire manifestum est.

*Verbum divinum nominamus revelationem Dei propiorem terminis comprehensam, quæ in se continet rationem sufficiēt mutationis hominis supernaturalis existentis.* Jam quum verbum divinum vocetur verbum, & terminis comprehendatur seu significetur, ex eo manifestum est, competere eidem quædam quæ ex hoc ejus attributo resultant. Jam quum hoc omni alii verbo itidem conveniat, consequitur id, quod ex terminis earumque relatione ad conceptus significandos resultat, esse verbo divino cum alio quovis verbo commune. *Vis verbi divini*, de qua hic loquimur, *communis*, est quidem ita comparata ut omni alii verbo conveniat, non tamen negamus, eandem si verbo divino tribuitur, esse multo excellētiorem; si quidem Autor verbi divini omniscius & omni sapientissimus, intimorum pectoris humani penetralium optime gnarus, verbum suum fini suo attemperatus tam in eligendis terminis, quam in eligendo modo, quo alter alterum excipiat se præstitut longe sapientissimum; unde non mirum, verbum divinum etiam respectu hujus vis omnibus reliquis longe esset anteponendum. Resultat *bac vis ex relatione terminorum ad conceptus significatos, & ex nexus veritatum terminis*.

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 33

terminis significatarum, quapropter etiam a nonnullis *obj-  
etiva* vocari solet. Distribuimus *hanc vim* in duas p̄æcipue  
species pro diversitate objecti. *Aut enim operatur in facul-  
tates superiores intellectum & voluntatem, & tunc vocatur lo-  
gico moralis, nomine desumto a scientiis quarum altera logi-  
ca, intellectus meliorationem intendit, altera Ethica seu mo-  
ralis voluntatis. Aut in facultates inferiores, imaginacionem,  
sensum, appetitus & aversationes sensitivas, & tunc dicitur rhe-  
torica nomine desumto a scientia quæ orationis sensitivæ per-  
fectionem intendit, metonymice posita pro tota Aesthetica  
quæ est scientia facultatum inferiorum earumque perfectio-  
nis. Per experientiam indubie constat verbum divinum hac  
ratione operari. Quam maxime judicium p̄æcipitaremus  
nostrum, si representationes indeque ortos conceptus divi-  
nitus revelatos, & ex mera lectione verbi divini enatos, convi-  
ctionem de veritate alicujus propositionis revelatae, indeque  
in voluntate ortas inclinationes, aversationes & motus in ge-  
nere, quæ omnia in maxime profanis hominibus deprehen-  
dimus, alii quam huic vi verbi divini adscriberemus. Jam  
cum ab effectu ad causam valeat consequentia, his experien-  
tiis inducti jure verbo divino talem adscribimus vim & virtu-  
tem. Deinde a priori evinci potest, hanc vim verbo divino  
inesse. Cum enim verbum seu oratio sit series terminorum  
representationes connexas significantium, lecta vel audita  
aut per motum aeris tremulum, aut per radios lucis reflexos  
motum in organis nostris sensoriis producit. Ergo anima  
eudem sentit ac percipit, & ex signis signata concludit, hinc  
per orationem producuntur representationes, & his produ-  
ctis voluntas intellectum sequens movetur, hinc in qualibet  
verbo continetur aliiquid unde cognosci potest, cur mutatio  
aliqua in anima existat, i. e. vis & quidem logico moralis &*

E

rhe-

rhetorica hinc verbum divinum, quia est verbum, hac vi instructum esse nulli dubitamus. Quæ quum ita comparata sit, ut determinations voluntatis libere exinde intelligi possint: hæc vis verbī divini etiam vocatur *moralis*. Cum quo consentit *Venerand. LANGIUS* *§. 18. ciratus.*

§. XXXII.

*Modus agen-* Cum jam evictum sit verbo divino talem inesse vim  
*di hujus vis.* qualem (§. præc.) definivimus, querijam meretur *qua-*  
*ratione se exseverare soleat.* Cum hæc vis verbi divini sit  
 ipsi cum quovis alio scripto communis (§. 21.) non alia  
 etiam quam vulgari operabitur ratione. *Operabitur er-*  
*go per solum usum nulla ratione vires hominis naturatis trans-*  
*scendenteem, quorsum referri debet, primum ipsa faculea-*  
*tum hominis naturalium justa dispositio, deinde ipse usus in*  
*attento vel lectione vel auditione una cum legitimo regularum*  
*hermeneuticorum usu positus.*

Potest etiam alia ratione ostendi vim hanc tantum se exse-  
 rere vulgari ratione tollendo contrarium; si enim operare-  
 tur ratione non vulgari, effectui dabit aliquid quod non habet  
 rationem sufficientem in ipsa, hinc verbum divinum hanc  
 vim non habebit cum quolibet alio scripto communem quod  
 contra hypothesis. Omnia vero scripta humana operari  
 solo usu debito per inductionem omnium exemplorum fa-  
 cile demonstrari potest. Pertinet ad hunc modum agendi,  
 ut *verbum divinum terminis fecundissimis, multa bona &*  
*mala simul significet, iisque in mente eorundem repre-*sentationes extensive clarissimas & vivas excitet, unde hic mo-**  
*dus agendi *moralis* est.* Retulimus vero huc primo, tam-  
 quam momentum antecedens, ipsas hominis facultates justa,  
 & minime communem transcendentem, ratione dispositas  
 sum in se consideratas tum in relatione ad reliquas, quippe  
 fine

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 35

sine quibus ne quidem actiones verbi & orationis in animam sunt possibles, nisi magicas sine ulla ratione operandi rationes ipsi tribuere volueris. Non affirmamus operationes & effectus, hujus verbi divini virtutis, esse in omnibus hominibus aequales; sed sine contradictione assertorum nostrorum concedimus, pro gradu facultatum hominis differre etiam modum hujus vis agendi & inde enatos effectus. Si vero secundo loco huc retulimus attentionem, omnino non maximam intelligimus, sed potest sufficere attentio in minimo gradu, modo tunc exspectes caveas illum operationis gradum, qui non nisi per majorem attentionis gradum possibilis est. Requiritur vero aliquis attentionis gradus, quia sine attentione representationes vivæ & extensive claræ sunt impossibiles. Quod ad usum regularum hermenevticarum, quem requisivimus, attinet, id non de scientia hermenevtica intellectum volumus, sed simul de naturali, si qua datur, hermenevtica, modo obseruantur restrictiones antea ad attentionem requiritam observeatae.

§. XXXIII.

*Verbum divinum, respectu hujus vis, in regenitos pāri. Effectus hu-  
ter ac irregenitos operari manifestum est. Producit ve-jus vis.  
ro representationes rerum divinitus revelatarum claras, & in-  
terdum maxime distinctas & aequalas, certitudinem convi-  
ctionemque de veritatibus natura incognitis, appetitusque &  
aversationes, ita ut voluntatem ad agendum vel omitten-  
dum determinent. Qui effectus tamen omnes ac sin-  
guli, quoad soli manent, ad salutem insufficietes sunt.  
Unde consequitur: tam posse interdum effectus hujus  
vis verbi divini haberri, pro effectibus virtutis ejusdem,  
deinde explicandæ. Quam posse eundem effectum in  
altero dependere a vi verbi divini hucusque descripta,*

qui in altero per virtutem ejusdem deinde describen-  
dam effectui datur.

Ex (§. præc.) patet *verbū divinū* ejusque *vim* *bucusque*  
*consideratam* operari eo modo cuius irregeniti sunt capaces,  
 hinc patet *verbū divinū* agere in irregenitos, siquidem  
 hoc quotidiana loquitur experientia. Ita enim multi de-  
 prehenduntur irregeniti, qui cognitione veritatum revela-  
 turum ex verbo divino hausta clara, distincta & certa, mul-  
 tos regenitos longe superant. Agere vero *verbū divinū*  
*vi sua hic descripta*, etiam in regenitos, exinde manifestum est,  
 quia Deus per sapientiam suam nunquam id miraculis obti-  
 nere solet quod viribus naturalibus possibile est. Effectus  
 quos recensuimus, *verbū Dei vi sua* logico morali pariter  
 ac rhetorica posse producere, itidem experientia testatur, si  
 enim negaretur, nullos ne fingere quidem licet Christianos  
 externe tales nec hypocritas. Pertinent ad hos effectus:  
 repræsentationes multi boni & mali simultaneæ claræ & vi-  
 væ; intuitus boni & mali seu voluptas & tedium; inclina-  
 tio & versatio & ipsæ voluntatis liberae determinationes,  
 qui effectus *morales* dicuntur. Non negamus hos effectus re-  
 quiriri ad salutem hominis, sed tantum affirmamus eosdem qua  
 tales manere insufficientes; nec negamus Spiritum sanctum  
 in convertendo homine iisdem uti tanquam adminiculis &  
 subsidiis. Quod ad *consecratio*, paragrapho annexa, attinet  
 monendum est nos tantum loqui de *possibilitate*, quia aetua-  
 litas eorundem in casu individuali dijudicatu est difficillima.  
 Possibilitas *prioris* exinde pater: quia etiam in regenitis ver-  
 bum divinum effectus hoc sensu naturales producit, qua-  
 propter facillimum est per confusionem id pro effectu super-  
 naturali habendi, quod ad eundem minime referendum est.  
 Quod ad *alterum consectarium* attinet, possilitas ejusdem

unico

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 37

unico casu evinci poterit. Pone enim e. gr. distinctam representationem alicujus veritatis revelatae, quæ naturaliter obtineri potest, per gradum facultatum naturalium determinatum. Pone hunc gradum in altero esse, in eo ille conceptus distinctus naturaliter obtinetur. Pone eundem hunc gradum in altero per naturam ejus determinatam esse impossibilem, impossibile est ut illum gradum distinctionis obtineat, pone tamen esse eundem in eodem, omnino erit effectus verbi divini, sed ab altiori, quam hucusque descripta, ejusdem vi erit productus.

§. XXXIV.

Accedimus jam ad alteram vis verbi divini speciem *Vis verbi di-*  
quam (§. 31.) *propria* vocavimus, quæ verbo divino tan-*vini propria*,  
zum convenire & naturalis dicitur, in eo consistens, ut ver-  
bum divinum in se contineat aliquid, unde sufficienter intelligi  
potest, cur effectus supernaturales in homine existant, seu ra-  
les effectus qui ex facultatibus hominis naturalibus, & verita-  
tibus revelatis in se consideratis, sufficienter intelligi non pos-  
sunt. Hanc vim quæ etiam *supernaturalis* vocatur, ver-  
bo divino convenire, tum *a posteriori* tum *a priori* con-  
stat evidentissime.

Cum verbum divinum vocetur divinum, nomine jam in-  
digitamus, eidem aliquid convenire quod nulli alti verbo  
competere potest, & hoc consistit in *vi* quam hic descripsi-  
mus. Vocatur *eadem tum propria*, quia verbum divinum  
eandem cum nullo alio scripto communem habet, tum *su-  
pernaturalis* non eo respectu quo eandem *naturalem* nomi-  
namus. *Naturalis* enim est quatenus ad naturam verbi di-  
vini, in toto suo ambitu spectat, pertinet ut pars constituti-  
va. *Supernaturalis* vero eadem est, quatenus ex natura re-  
rum finitarum sufficienter intelligi non potest. Hanc vim

verbo divino inesse evincitur, tam *a posteriori*: tum ex oraculis divinis. ROM. I, 16. EER. IV, 12. JER. XXIII, 22. 29. &c. obviis; tum ex aliorum experientia qua constat: verbum divinum in iisdem tales produxisse effectus, ubi ab effectu ad causam argumentari licet, quorsum referri potest ACT. II, 41. c. VIII, 35-37. Quam *a priori* sequentem in modum: *Verbum divinum est revelatio in se continens id, unde sufficienter intelligi potest, cur mutatio hominis supernaturalis existat, cuius definitionis veritatem finis sacrae scripturae satis comprobavit.* Jam quum id, ex quo alterum cognosci potest, sit ratio, & eam in se continens sit principium, verbum divinum in se continet principium mutationis supernaturalis existentis, hinc vim ad mutationem supernaturalem producendam sufficientem, id quod demonstrari debebat.

### §. XXXV.

*Modus agen-* *Modus*, quo haec vis verbi divini in hominem agere di hujus vis. solet, *idem est quo causa efficiens suum producit effectum*; ut nimirum in actione ejusdem in hominem, continetur ratio sufficiens effectuum supernaturalium existentium. Ad quod omnino usus objecti personalis legitimus requiritur, in eo positus, ut, licet *verbum divinum* in omnes homines, cuiusvis indolis & fortis, hac ratione operari possit, tamen non omnis hominis facultas & capacitas in facultatum ipsius naturalium, quamvis etiam minimo, usu positus, excludatur; nec omnis verbi divini usus penitus proscribatur, quorsum non sine ratione referimus: tum *orationem*, antecedentem, concomitantem & consequentem; tum *meditationem* quæ simul lectionem, & usum verbi divini in genere naturalem complectitur; tum *sensationem* tam activam, quam passivam.

*Modum bunc operandi postular, tum corruptio hominis summa,*

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 39

summa, quæ ipsi ne levissimam quidem vim, in spiritualibus reliquam fecit, hinc nullo medio emendari potest, nisi quod vi agendi sufficiente præditum est, qua in hominem agit & effectus supernaturales producit; tum res ipsa, quippe omnis vis se ad effectum suum referre solet, ut causa efficiens ad suum effectum, quod ita evincimus: in ejusunque actione continetur ratio sufficiens mutationis alicujus existentis illud est ipsius causa efficiens, jam in vi ejusque actione transeunte, continetur ratio sufficiens mutationis in altero existentis, ergo vis est causa efficiens ejusdem; quod facile ad verbum divinum applicaveris. Ex parte hominis omnino aliquis facultatum naturalium usus requiritur, quia fieri non potest, ut verbum divinum effectus supernaturales produce-re possit in homine, omnem rationis intellectus & voluntatis usum, cuius tamen capax est, negligente. Minime autem gradum facultatum determinamus, modo usus earundem, qualisunque demum fuerit, adsit; licet ultro largiamur, operationes verbi divini, qua qualitatem & quantitatem, differre, pro diversa qualitate & quantitate facultatum hominis & usus earundem. Quod ad ultimam ḥphi partem attinet, non opus esse ducimus eandem explicare, modo obser-vetur: hunc usum verbi divini legitimum referri debere, aliqua ex parte, ad effectus verbi divini, & aëtus Spiritus Sancti sic dictos paedagogicos.

§. XXXVI.

Licet hic modus sit certo sensu *supernaturalis*, est ta-Modus hic men & potest vocari *naturalis*, partim quia *vis verbi di-agendi est* vini *naturalis* est; partim quia *modus hic ipse agendi natura-physico analis* est, tum *quia se ex severo solez ut omnes vires agendi (§. 35.) logus.* tum *quia in operatione sua in hominem leges mutationum fac-torum ipsius observat, quoad fieri potest exactissime, qui modus*

*modus agendi posterior physico analogus* vocatur, & per sapientiam divinam, felicitatemque hominis requiritur.

*Supernaturalis* hic modus agendi vocari omni jure potest, quia vis ipsa verbi divini supernaturalis vocatur. *Physico analogus* vero dicitur ob (§. 12.) Observari vero in hoc modo operandi, *leges logico morales* nec non *aestheticas*, experientia loquitur quotidiana, quippe nullum adduci posse arbitramur exemplum, in quo effectus supernaturales in homine, legibus mutationum contrario modo evenierint, & potius summa cum ratione statuimus, nullum effectum supernaturale per verbum divinum in homine produci, de quo non possimus rationem reddere ex legibus mutationum hominis. Quod etiam sapientia divina requirit, quippe qui autor tam legum mutationum, quam verbi divini sibi ipsi non potuit contradicere; in cau enim contrario ostendisset leges mutationum a se non esse electas sapientissime.

### §. XXXVII.

*Effectus hu-  
jus vis.*

Secundum hanc vim hucusque consideratam *verbum divinum* agit in *convertendos & conversos*, si effectus ipsius in omni extensione considerantur. Quodsi considerantur simul illæ operationes hujus vis, quæ ad gratiam Spiritus Sancti præparantem referuntur, omnino etiam agit in *irregenitos*. Producit vero hac vi, tum *rales effectus supernaturales*, qui sub certis conditionibus ex facultatis hominis naturaliter consequi non possunt, licet sub aliis ita evenire possent, & actu etiam interdum eveniant; tum *rales qui nulla ratione ex viribus hominis naturaliter consequi possunt*.

*Verbum divinum* hac vi sibi propria etiam agere in *irregenitos*, ex experientia manifestum est, quippe constat in quibusdam hominibus conversionem, finem nunquam consecuturam,

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 41

cuturam, mediante verbo divino incipi. Quodsi vero aliquis ejusmodi hominem vocare voluerit convertendum, saltim partialiter talem, cum eo ferram contentionis non reciprocabimus, quia de verbis disputaremus. *Ad effectus supernaturales* duplificem retulimus speciem. Quod ad primam attinet, non eos intelligimus, qui ex facultatibus hominis, in statu integratis constituti, naturaliter consequi potuissent, quia tunc alteram non potuissemus assumere speciem; sed eos tantum intelligimus, qui in uno homine naturaliter consequuntur, qui in altero supernaturaliter eveniunt, utroque in statu praesenti corrupto constituto, cuius possibilitatem (§. 33.) evicimus. Ad posteriorum speciem referri possunt & debent, tota regeneratio & abnegatio Christiana &c. Ex quibus omnibus attributa hujus vis verbo divino propriæ consequuntur. Ex (§ 35) enim manifestum est eandem esse ordinatam, seu certo ordini ab homine observando adstrictam. Ex praesenti § consequitur esse eandem *resistibilem*, quia alias non posset operari in irregenitos, licet quidam effectus *irresistibiliter* eveniant. Esse vero *banc vim verbo divino efficiatam*, hinc necessario & semper in eodem praesentem, ex eo patet, quod haec vis ad naturam verbi divini pertineat.

§. XXXVIII.

Ex veritatibus hucusque consideratis *quaestio* diju. *An verbum dicari poterit: an verbum divinum sit tantum instrumentum, divinum sit quo Deus in convertendo homine utitur?* Si enim, usu *instrumento* loquendi magistro, per *instrumentum* id intelligatur, *quod tum*, *quidem potentiam aliquem effectum producendi in se continet,* *sed vi eundem actuandi prorsus destituitur*, quam vim ab alio demum ente vi praedito accipere debet, negamus verbum divinum esse instrumentum, quia evicimus verbum divinum habere vim eidem insitam, effectus su-

F

perna-



pernaturales producendi, licet a Deo ortam, dependentem ipsique inditam.

Quod nuper admodum ea res nonnullis in dubitationem venit, operæ premium esse duximus ejusdem incidenter mentionem facere. Quodsi aliquis per *instrumentum* intelligat id, quod quidem vi agendi præditum est, sed semper cum alio ente agente connexum est, seu si mavis, omnem causam intermedium & medium quocunque, nos quidem faciles habebit, sed usum loquendi reclamantem. Lubentissime enim concedimus operationes Dei, & in specie Spiritus sancti, semper esse cum verbo divino, ejusque operationibus, individuali nexus conjunctas. Qui vero ad concursum Dei generalem recurrunt cum verbis ludere videntur, cum quibus nobis nihil negotii erit.

### §. XXXIX.

*Aetio verbi* Ex collatione veritatum hucusque consideratarum divini naturæ dependens, non minus hoc facientes cognosci & dijudicari, quorsum *primo loco* referimus: Operationem verbi divini naturalem in adultis dependere ab usu operationis moralis.

Hoc ita evincimus: ut aliquid imputari cuidam possit, atque præmiis & penis recipi, necesse est ut ejusdem absentes vel præsentis ratio in ipsius actione contineatur: jam vero effectus verbi divini, naturaliter agentis, supernaturales vel præsentes vel absentes homini imputantur, debent igitur aut ipsi ab homine pendere & in ipsius actione fundari, quod per antecedentia & ipsam denominationem esse nequit; aut operationes quæ illorum effectuum rationem continent, cum aliis operationibus semper & perpetuo cohærere, quæ ab hominem actione seu usu verbi divini pendent. Possimus per inductionem etiam præsentem propositionem demon-

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 43

monstrare. Quia verbum divinum nulla ratione operari potest, nisi per usum vel per lectionem vel per auditionem, jam usus hic non potest existere, nisi homo se libere determinaverit ad verbum divinum vel audiendum vel legendum, nec verbo divino deinde legitime utetur, nisi per motiva ab eodem ipsis suggesta determinatus fuerit, ut se operationi ejus subjiciat.

§. XL.

Licet modi operandi verbi divini sint longe diversissimi. Nexus homini, arctissime tamen inter se coherent & conjuncti sunt, rum modis ut vis naturalis & propria nunquam agor sine morali & rum agendi communis in adulcis, aequo vice versa.

Vim naturalem non agere sine morali, ex eo manifestum est, quia Deus miraculis id non actuare solet quod sine iisdem existere potest, jam multe sunt hominis mutationes, quae ad supernaturalem ejusdem mutationem requiruntur, quae ab ipso homine, mediante usu visi verbi divini communis, produci possunt, hinc quando vis naturalis se exserit semper etiam agit communis. Vim vero moralem nunquam agere sine naturali; inde constat, quia Deus, omni occasione data, in hominem gratia sua proprii operari solet, hinc etiam hac occasione quam maxime commoda, si homo utitur vi verbi divini communis.

§. XLI.

Quodsi igitur quaeratur, qua ratione mutatio hominis supernaturalis a verbo divino producatur, facilis erit ex præ-mutatio sacerdibus responsio. Cum enim mutatio hominis super-naturalis, ea sit status ejusdem mutatio moralis, qua rationem producatur. sufficienrem existentie non habet in homine, & quo in homine vis actionum legitimarum producitur; & verbum divinum producat mutationem supernaturalem, eadem complectitur

omnes effectus supernaturales a verbo divino dependentes. Jam cum (§. 34 38.) evictum fit: *effectus supernaturales a verbo divino produci, tam naturaliter quam moraliter*, inde sequitur: *mutationem supernaturalem esse effectum verbi divini, tam naturalem, quam moralem*, quod etiam ex (§. 40.) patet. Concedimus tamen, ad hanc vel illam partem *mutationis supernaturalis* producendam, primario *alterutrum agendi modum* præcipue requiri.

Necessario hic notandum est, nos sumere *mutationem supernaturalem* in omni extensione, ita ut complectatur *omnes hominis mutationes, quae ad unionem cum Deo requiruntur*; quapropter eam etiam definitivius per *mutationem totalem*. Producere vero *verbum divinum mutationem supernaturalem*, ex definitione ejusdem patet, secundum quam rationem sufficientem existentis *mutationis supernaturalis* in se continet. Cujus definitionis realitatem probamus tum ex fine ejusdem, tum ex oraculis divinis I TIM. III, 15. 16. JER. XXIII, 22. occurrentibus.

### §. XLII.

*Conversio* ad *mutatum esse arbitramur, an conversio sit & dici possit mutationis moralis*, quod pro diversa explicacione affirmari negarique poterit. Si enim sensus hic esse debet: *an conversio, seu mutatio supernaturalis voluntatis, sit actio hominis spontanea a libertate ejus determinata & pendens*, negamus questionem per (§. 41.) Porro si ita explicatur: *an conversio tantum dependeat, a vi verbi divini morali ejusque modo agendi moraliter*, iterum negatur ob (§. 40.) Quod si vero sensus hic esse debet: *an conversio ita sit comparata ut libere fiat, seu libertas hominis aliqua tantum ratione ad illam requiratur, nec non vis verbi divini moralis in eandem influat*,

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 45

*influat*, concedimus quidem quæstionem, sed loquendi rationem incommodam esse ducimus, quia a potiori fieri debet denominatio.

*Mutationem moralem* diverso sumi posse sensu patet, nos præcipios possibiles adduximus & de iisdem judicavimus. Primo sensu nonnunquam sumi hunc terminum per usum loquendi patet. Conversionem vero non esse ejusmodi mutationem moralem is facile concedet, qui cogitaverit, hominem in conversionis actu tantum pati, hinc de eodem non potest dici, quod conversionem actuet; siquidem ne quidem ipsi in statu miseriariarum præsenti, libertatis usus in spiritualibus competit. Altero sensu sumtam quæstionem itidem rejicimus, quia *actio verbi divini moralis* supponit in objecto personali vires & libertatem, quas tantum determinat; hinc si conversio esset mutatio moralis homo eandem actuare posset. Si vero ideo vocari debet mutatio moralis; tum quia libertatis usus saltim antecedens in actibus pædagogicis & in abstinentia a morosa resistentia requiritur; tum quia verbum divinum in eadem actuanda etiam moraliter agit; tum quia homini imputatur; tum denique quia in viribus hominis activis producitur, tunc quidem concedi potest, sed tali uteremur termino, qui, quia minimam partem duntaxat exprimit, ad consequentias tadiosas inde concludendas, erit aptissimus, quare ab eo abstinere jubemur.

§. XLIII.

Antequam hunc campum veritatum egrediamur *An verbum institui* debet consideratio, de eo quod statuendum est *divinum sit effectus plenus non consequitur*, an tunc *medium efficiat* verbum divinum dici debeat *medium efficax*, quod *non effectu omnino affirmamus, quia vis verbi divini eidem est effen-* *zialis*, hinc omnibus in circumstantiis in eodem præsens *Potest* (*§. 37.*)

Potest hoc etiam ita demonstrari: Quum cuilibet rationi sufficienti, non rigorosissimo sensu sumtae, resisti possit, seu ponit actio, qua non posita ratio sufficiens fuisset ratio sufficiens alicujus effectus existentis; potest effectus alicujus cause efficientis non ponit, licet ponatur ejus ratio sufficiens; qua si sufficiens non cogitata resistenter, ita tamen ut causa efficientis, maneat ejus effectus ratio sufficiens i. e. tantam in se continens rationem, quantam continuisset, si effectus positus fuisset; hinc verbo divino resisti potest, i.e. potest ponit & tamen non ponit mutationis supernaturalis, ita ut maneat ratio sufficiens mutationis supernaturalis ea quae, eadem posita, fuisset; jam quum medium efficax dicatur, id quod omnem rationem sufficientem finis continet, quam continere potest, verbum Dei etiam est medium efficax si effectus plenus non consequitur. Ad demonstrationem, in §. allatam, tantum observandum est, quod vim sumamus pro principio intrinseco sufficiente actionis existentis, hinc ubi vis verbi divini est, ibi etiam agit, hinc etiam hac ratione patet verbum divinum etiam si eidem resistitur esse medium efficax.

#### §. XLIV.

Accedimus jam ad *sacramento*, in quorum consideratione nobis primo loco occurrit *vis* qua ipsiis competit naturaliter agens, seu physico analoga, quae in eo consistit; ut in illis sit principium sufficiens existente alicujus ad mutationem supernaturalem pertinentis, seu partis ejusdem. Hanc vim sacramentis convenire tum a posteriori tum a priori potest demonstrari.

Vivit hanc sacramentorum naturaliter agentem legitime esse definitam comprobat, tum definitio vis, tum sacramentorum. Vis enim est principium intrinsecum sufficiens hinc etiam vis sacramentorum tale esse debet. Sacramentum vero nomi-

*Vis sacra-  
mentorum  
naturalis.*

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 47

nominamus: actionem exteriā a Deo mandatam, quae significat & exhibet aliquam Dei gratiam, qua in se continet rationem sufficientem existentis alicujus, ad mutationem supernaturalem pertinentis; hinc vis sacramentorum in hoc tantum differre potest ab omnibus reliquis. Quod vero restrinximus hanc vim ad partem mutationis supernaturalis & non potius ad eandem totam, ratio hac est: quia illuminatio est pars mutationis supernaturalis, qua tamen strictius sumta in adultis a nullo sacramento producitur immediate. Comprobatur præterea hujus definitionis veritas ex (§. 26.). Possemus hanc vim iterum in duas dispescere classes, quarum altera eam hucusque descriptam comprehendit; Altera vero eam quæ rei terrestriæ se consideratæ competit, secundum quam, nec essorio alias mutationes in homine utente producit, sed quia eadem non proprius pertinet ad finem sacramentorum, & terminus naturalis tunc non & moralis, sed supernaturali opponitur, studio eam silentio præterimus. Hanc vero vim quam definitivimus in *sacramentis* deprehendi comprobant: tum experientia, ubi nisi omnem fidem humana infringere velimus, tot deprehendimus de sensu *sacramentorum efficacia* testimonia, quot requiruntur ad aliquam veritatem per aliorum hominum experientiam stabilendam; tum ipsa *sacramentorum* essentia, secundum quam in se continent rationem sufficientem alicujus ad mutationem supernaturalem pertinentis, hinc in iis aliiquid esse debet, unde sufficienter intelligi potest, cur aliiquid ad mutationem supernaturalem pertinet, atque ad effectus supernaturales se habet ut efficiens causa, ut proxime probabitur; *supernaturalis* vero audit quatenus hæc vis immediate a Deo sacramentis est indita.

§. XLV.



## §. XLV.

*Modus agen-* *Ratio* quā hæc vis sacramentorum se exserere solet,  
*di hujus vis.* nulla alia est, quam *is modus agendi, quo causa efficiens suum*  
*producit effectum*, ut nimirum in hominem agat per col-  
*lationem gratiæ divinæ illius quam significat sacramen-*  
*tum & exhibet, ita ut in actione hac contineatur ratio*  
*sufficiens cur aliquid, ad mutationem hominis super-*  
*naturalem pertinens, exisitat.* Ad quod omnino *legi-*  
*mus hominis usus* requiritur, in eo positus, ut signis ex-  
*ternis præscripto divino convenienter utatur, & fide di-*  
*vinam amplectatur promissionem, ad quod sine dubio*  
*legitima facultatum naturalium dispositio necessaria est.*  
*Licet hic modus agendi supernaturalis merito vocetur, di-*  
*ci etiam potest hoc respectu physico analogus ob* (§. 12.)

*Modum agendi recte a nobis esse determinatum, eadem ra-*  
*tione evinci potest, qua (§. 35.) factum est; quod præterea*  
*(§. 26.) in aprico ponit. In facultatibus hominis ad opera-*  
*tionem sacramentorum, a nobis requisitis, non determinavi-*  
*mus gradum, quia minimus sufficere potest, uti exemplo in-*  
*fantum probari potest. Fidem ex parte hominis postula-*  
*mus, non semper explicitam, seu distincta cognitione sufful-  
*tam; sed potest sufficere implicata, ex repræsentationibus*  
*etiam in minimo gradu claris & sensationibus oriunda, qua-*  
*lis infantum est, licet in adultis illa non sufficiat. Aliquam*  
*vero, facultatum humanarum, legitimam dispositionem re-*  
*quiri, ex eo manifestum est, quia alias sacramenta, etiam in  
*bruta agere possent, quod tamen absurdum. Hic modus a-*  
*gendi vocatur supernaturalis, quia vis ipsa ita vocari solet,*  
*(§. 44.) Observare vero hanc vim sacramentorum in ope-*  
*rationibus suis leges mutationum animæ, eadem ratione de-*  
*demonstratur, qua (§. 36.) idem de verbo divino evictum*  
*est.***

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 21

est. Concedimus præterea, pro gradu facultatum hominis, & legitima usus sacramentorum dispositione, differre etiam has *operationes sacramentorum*. Ex quibus omnibus consequitur: hanc vim *sacramentorum* esse, tum *ordinatam*, seu certo ordini adstrictam; tum *resistibilem*, quia ex parte hominis legitimus requiritur usus, quo cessante cessant etiam haec operationes in eundem, licet quidam effectus *irresistibiliter* consequi possint; tum *essentialē* seu sacramentis in omnibus circumstantiis convenientem (§. 44.)

§. XLVI.

Operantur *sacra menta*, respectu hujus *virtutis* ipsis *Efectus hu-*  
competentis, tam in *regenitos*, quam *irregenitos*, modo *u-jus vis.*  
trique iisdem legitime utantur. Producunt vero ceu  
*effectum naturalem*, illam partem mutationis supernatu-  
ralis, quæ in ipsis existentiæ rationem sufficientem  
habet.

Nemo facile inficias ibit *sacramento in regenitos* agere *na-*  
*turaliter*; quod vero ita agant in *irregenitos*, ita probamus,  
quia per *baptismum* homines regenerantur & in iisdem fides  
accenditur, ergo regenerat eos qui nondum sunt *regeniti*,  
hinc *naturaliter* agit in *irregenitos*. Ultro tamen concedi-  
mus *operationes in regenitos* differre aliquatenus, ab actione  
in *irregenitos*.

§. XLVII.

Quod ad *vim sacramentorum moralem* attinet, consi-  
stit illa in eo: *ut in sacramentis contineatur olicuid, unde suf-*  
*ficienter intelligi potest, cur determinaciones voluntaris liberæ*  
*existant.* Jam cum haec existere nequeant, nisi per *mo-*  
*tiva, vis sacramentorum moralis nihil aliud est; quam prin-*  
*cipium intrinsecum, unde motiva cognosci possunt.* Hanc  
G vīm

*vim sacramentis* inesse comprobat, tum (§. 27.) tum ipsa eorum natura & essentia.

Non potius hanc definitionem speciosius determinare, quia *determinationes liberae*, quae in hac vi rationem existentia sufficientem habent, esse possunt longe diversissimae. Inesse vero sacramentis hanc vim ita ex eorum natura evincimus: *Sacraenta* non solum exhibent, verum etiam significant gratiam divinam; jam gratia divina est aliquid bonum, hinc ex *sacramentorum* consideratione oriuntur representationes boni, hinc ex *sacramentis* cognosci possunt motiva, seu in ipsis est principium cognoscendi motivorum, ergo *vis moralis*.

### §. XLVIII.

*Modus agendi moralis sacramentorum*, in eo consistit: *débujus vis*, ut signis externis, longe secundissimis, multum bonum simul significetur, & ejus representationes vivæ & extensive claræ in animo excirentur. Ad quod justa animi, non quidem peculiaris & eminentior, dispositio requiritur; nec non consideratio sacramentorum, & ad excitatas representationes sæpius repetita attentio. Unde consequitur hunc modum agentis pro diversitate ex parte hominis requisitorum quam longissime differre.

*Sacraenta*, signis externis secundissimis, multum bonum significare ex inductione facile probari potest. Requiri vero ad hunc *agendi modum*, facultatum hominis justam dispositionem, exinde manifestum est, quia ex signis externis debent representationes bonorum colligi, quod cum sine ratiocinio sit impossibile, homo ratiocinari debet, hinc usū rationis prædictus esse, qui cum sine ceteris animi doctibus sit impossibilis, inde appetat, si *sacramenta* in hominem moraliter agere debent, ex parte hominis requiri legitimam facultatum ejus dispositionem. Non vero determinatus aliquis gradus facultatum, ad *banc operandi rationem*, in genere necessarius est, nec maximus ratio-nis usus requiritur, quia ad vivas & extensive claras representationes idem non requiritur, cum potius easdem multis modis impedit. Non vero excludimus differentias, *bujus modi operandi*, pro diversitate ex parte

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. 51

parte hominis requisitorum, quia alias principio rationis sufficientis & sapientiae divinae, quae tamen summa est, contraria statueremus.

### §. XLIX.

Producunt sacramenta, per hanc viu[m] moralem, tum re-<sup>Effectus hu-</sup>  
presentaciones multi boni simultaneas vivas & extensive clo-<sup>ras,</sup> hinc intuitum boni seu voluptatem & delectationem,  
quae per attentionem aucta affectus producit; tum ipsam vo-  
luntatis determinacionem, tam ad bonum amplectendum,  
quam ad actiones ita determinandas, ut boni promissi capa-  
ces evadant. Unde apparet operari sacramenta moraliter tam  
in regenitos quam irregenitos, licet in posteriores non ita ut  
omnes effectus morales consequantur.

Cum sufficienter rationatum non possit esse aliter comparatum, quam ratio ejus sufficiens requirit, ex (§ 48.) manifestum est, cur hos potius quam alios assumerimus effectus morales, unde etiam praesens paragaphus demonstrari potest. Intuitio boni oritur ex momento antecedenti, nam representatio boni viva, & extensive clara, ita animum percussit, ut tandem bonum clarius cognoscat ejus signo. Af- fectus vero etiam oriri posse res ipsa loquitur, quia voluptas diutius continuata, eoque aucta, affectum producit, quorsum hoc cetera exempla referri poterunt, gaudium, spes & si qui reliqui. Voluntatis de- terminatio ex prioribus momentis fuit, quem enim voluptas inter motiva sit referenda, motiva vero sint ratio sufficiens determinationis voluntatis, & posita ratione sufficiente ponatur sufficienter rationatum, orta voluptate oritur voluntatis determinatio. Sacramenta hac ratione in regenitos agere nemo negabit, cui sacramentorum natura perspecta est. In irregenitos vero etiam agere ex (§. 51.) patet, siquidem momenta, ad hanc operationem sacramentorum moralem ex parte hominis requisita, ita sunt comparata, ut etiam irregeniti sicut etiam sint capaces. In iisdem vero non produci omnes effectus morales exinde sequitur, quia hi effectus non necessario se invicem excipiunt, prioribus enim, non continuata ad eosdem attentione, evanescentibus, cessante reliqui alias inde oriundi.

G 2

§. L.

## §. L.

*Quomodo* Consideravimus hucusque modos, quibus *vis sacramenta* *sacramento* *orum* in genere considerata agere solet, jam quærendum *extra usum* rit, *qua præcipue ratione extra usum sacramenta operantur*. Supponimus, experientia ita jubente, *sacramento* etiam *extra usum operari*, licet signa & elementa externa, seu terrestria, *extra usum* non sint sacramenta: jam cum hoc in casu agere nequeant *naturaliter*, ob (§. 48.) inde sequitur, *extra usum* tantum agere *moraliter*.

Ad experientiam provocavimus, ad demonstrandam *sacramento*-*rum operationem* etiam *extra usum*, & non sine ratione. Constat enim per eandem, posse in hominibus *sacramento* representantibus sibi, per solam hanc representationem, vehementissimum excitari appetitum, gratiæ per *sacramento* exhibenda, mediante eorum usu, compotes fieri. Nec non quotidiana loquitur experientia, post usum e. g. *sacra cœle*, per solam ejusdem representationem, intensissimum posse excitari gaudium, ob bonum per usum ejusdem acceptum. Per *usum sacramentorum* intelligimus hic: actualē signorum exter-*norū usum*, posset enim per usum quilibet etiam in nuda representatione consilens intelligi, & inde nostro asserto contrarium assimi-*lari*. Casus vero in quo sacramenta *extra usum* operari possunt duplex esse potest. *Prior ante, posterior post usum*; in utroque affirmamus *sacra-menta* agere posse *moraliter*, quod per inductionem facile probari potest. Quibus addi potest *tertius*, ut aliquis usui sacramentorum ab aliis instituto præsens inter sit.

## §. LI.

*Nexus ho-*  
*rum modo-*  
*rum agendi.* Quod ad *nexus* *borum modorum agendi* attinet, eundem ita stabilimus, ut statuamus 1) *Vim sacramentorum na-*  
*turalem*, posse agere in hominem usus rationis nondum com-*potem*, sine vi morali, quippe quæ in infantibus impossibilis est. 2) *In adulis & ratione uenib[us]*, vim naturalem & modum agendi naturalem dependere a morali, & 3) moralem a-*gendi modum* in adulis posse sine naturali locum inventire.

Primum

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. 53

Primum quod ad *nexus hōrum agendi modorum* retulimus, ita est comparatum, ut tanquam lemma ex Theologia dogmatica assūmamus, sacramenta, quo tamē tantum *baptismum*, neutiquam vero *sacram canam* relatam esse volumus, in infantes agere. Quo supposito statuimus: *vim sacramentorum moralem* non posse in eodem operari, quia per (§. 48.) ad hanc vim requiritur attentio, & rationis usus cuius tamē infantes non sunt capaces. Hinc nihil remanet quam ut *sacramenta vi naturali* in infantes agant, quia iidem omnium partium, ex parte hominis ad hanc vim requisitari, sunt capaces, cum signis externis legitime uti possint, nec non fides in eodem cadat. Hinc *vis sacramentorum naturalis* se exserere potest sine *vi morali*. Quod ad alterum momentum attinet, illud inde efficitur, quia felicitas hominis requirit ut libertati ejus omnes ejus mutationes saltim ex parte subsint, quapropter *vis sacramentorum naturalis*, quippe quae nulla ratione libertati hominis immediate subsist, in adultis dependet a *moralis* quae multis rationibus a libertate hominis dependet. Quod etiam ita evinci potest, quia *vis naturalis* per resistentiam impeditri potest, hinc si se exserere debet, homo non resistat morose necesse est, moveret vero homo ad non resistendum morose per *vim moralis*. Ergo *vis moralis* in adultis ita est comparata ut *naturalis* ab ipsa dependeat. Tertium momentum ex (§. 50.) prono profluit alveo.

### §. LII.

Ultimo loco adhuc inquirendum est, quomodo *vis sacramentorum se habeat in casu resistentiae*, si effectus eorum *mentorum* in homine non consequuntur. Ubi eadem ratione, qua (§ 43.) *in casu resistentiae* sumus, evinci potest, *sacramento manere etiam in hoc casu resistentiae*. *vis media efficacia*, & vi ipsorum nihil detrahi, licet ipsi efficiuntur non habeant.

Assumitur hic ex praecedenti consideratione *vim sacramentorum esse resiliibilem*, (§. 45.) eandem esse sacramentis *essentiali* (§. 45.) nec non esse eandem id quod rationem *sufficientem* continet alienius effectus (§. 44) quibus omnibus simul sumit demonstrationes (§. 43.) assumta, huc etiam transferri possunt mutatis mutandis. Consequitur ex hoc spacio: Irregenitos non esse absolute arcendos ab usu sacramen-

gramentorum, cum enim *vis sacramentorum* se semper, etiam si restringitur, exstere soleat, quidam effectus etiam in *irregenitos* consequuntur, jam cum nemo prævidere possit, an non hi effectus ita augentur, ut plenus inde enascatur effectus, manifestum esse arbitramur impiis etiam qua talibus usum sacramentorum non esse absolute prohibendum.

## §. LIII.

*Media salutis plus producunt quam homo sibi conscius est.* Antequam ulterius progrediamur observandum nobis erit ad totam præcedentem tractationem, *media salutis in homine plures posse producere effectus, quam quorum sibi ipse conscientis est*, quod ex inductione facile ostendi potest.

*Media salutis* vocamus ea: que cum vi supernaturali conjuncta, in se continent rationem sufficientem existentis mutationis supernaturalis, ad quæ cum referri debeant verbum divinum (§. 31.) & sacramenta (§. 44.) de utroque seorsim ostendendum est id quod in §. affirmavimus. Quod ad verbum divinum attinet, idem hac ratione probatur, quia verbum divinum per vim naturalem, tanquam causa efficiente, producit mutationem supernaturalem, jam mutatio supernaturalis est mutationis hominis totalis, quæ consistit ex infinitis partibus, ut ita loquamur, simplicibus, jam nequidem homo in statu naturali omnium ad statum suum pertinentium variorum conscientis est, nedum in mutatione supernaturali. Ad sacramenta quod attinet partim eadem ratione demonstrari potest, partim a posteriori, quia *baptismus* in *infantibus* regenerationem producit, cuius tamen sibi non sunt conscientia.

## §. LIV.

*Naturale in unione cum Christo.* Quod ad *unionem Christi* cum *fidelibus mysticam* attinet, in illa *naturale* est, ut in ea multa ad hominem pertinentia cum Christo connectantur, tanquam effectus cum sua causa efficiente, quapropter Christo etiam *instinxus* in fideles *physicalis* adscribitur, qui in eo consistit: ut in *actione Christi in fideles immediata*, continetur *ratio sufficiens existens mutationum in homine*; quæ ad mutationem supernaturalem pertinentes

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. 53

nentes, sunt *effectus Christi* in fidelibus *naturales*. Unde consequitur non posse hanc partem vocari *reciprocam*.

Complectimur hic omne illud, quod ad partem hujus unionis *naturalem* quatenus est *naturalis*, referri potest. In genere primum explicatur quid in hac unione vocetur *naturale*. Christum vero in unione mystica *coniunctum* esse cum fidelibus nemo negabit, quippe de unione nihil aliud nobis in genere possimus representare quam *nexus* *uniorum*. Ex (§. 28.) patet nos definitionem hanc sensu Theologorum conformiter construxisse. Christus in hac unione est causa efficiens hinc etiam vocatur *caput naturale*, & adscribitur ipsi *influxus physicus*. Si vero Christo *immediatam* tribuimus in fideles *operationem*, non excludimus *operationes spiritus sancti* & *verbi divini*. Ad *effectus naturales* perirent omnes mutationes ad mutationem supernaturalem pertinentes. Hanc partem unionis *naturalem* non esse reciprocam, ita demonstramus: ponamus esse reciprocam, in mediata actione fidelium in Christum contingit ratio sufficiens mutationum in Christo existentium, hinc Christus a fidelibus dependebit, quod, cum ipsis perfectioni & summo in fideles imperio contrarietur, non est statuendum.

### §. LV.

*Altera pars unionis Christi cum fidelibus, dicitur morale. Unio cum* *litteris*, *quae in eo consistit, ut Christus cum fidelibus connectatur, Christo mo-*  
*ranquam motivorum cum eo quod in inspirationem sufficientem ba-*  
*ratibus. Ita ut Christus tanquam caput morele ita sit compara-*  
*tus, ut ex eo motiva ad agendum desumi possint, & per in-*  
*fluxum moralem seu suppeditationem motivorum, in fidelib-*  
*us ceu effectus morales, determinationes voluntatis legitimas,*  
*producat. Quae unio morolis quodammodo dici potest re-*  
*siproca.*

Quia praesentes veritates cognitu sunt facillimae, ideo etiam hic o-  
mnis illud in unum contulimus, quod ad *unionem Christi cum fidelib-*  
*us, quatenus est moralis*, referri potest, & ita explicavimus ut Theo-  
logos nostros consentientes habeamus (§. 28.). Ideo Christo quia est  
*caput morale* adscribitur *regimen in fideles & imperium*. Vocari vero  
posse

## DE DISCRIMINE EJUS,

posse & esse hanc unionem *moralē reciprocām*, seu Christum interdum etiam actiones suas determinare, motibus ex fidelium conditione desumptis, exinde patet, q̄ ia Christus in omnes fideles non eadem prorsus ratione agere potest, nec in eundem fidem eadem semper ratione hinc sequitur Christum etiam motibus ex conditione secum junctorum desumptis in actionibus suis determinari, licet ultro concedamus relationem hanc, si Christus spectatur ut *caput morale*, longe latę differre ab ea, qua fideles spectantur ut *motibus determinantes* actiones Christi. Ex dictis etiam elucet, ipsam unionem mysticam non commode moralē vocari, licet ejus pars sit moralis.

## §. LVI.

*Nexus Adami cum posteris naturales.*

Accedimus jam ad *nexus Adami cum posteris*, qui ideo *naturalis* vocatur, quia prior ad posteriores referri debet, ut *causa efficiens ad suum effectum*, unde etiam Adam *caput* vocatur *naturale*, quia omnes ejus posteri ab eo dependent, ut *effectus* a sua causa efficiente unde *ceu effectus naturales* oritur, communicatio naturae humanæ una cum peccati labore, quam sibi ipsi rebellione contra Deum contraxerat longe miserrima. *Nexus* ipse posterorum cum Adamo, ut *copite naturali*, in eo consistit: ut in actione Adami continetur ratio sufficiens, cur *effectus naturales* modo recensiti in posteris suis existant.

Iterum in unum congettissimus quod ad hoc momensum pertinet, quia difficultatibus fere nullis obnoxium est. Consentaneum cum nobis Theologi quod ex (§. 19) pater. Constitutus vero est Adam in *caput naturale*, quia pro certo habemus in praesenti rerum nexu alter fieri non potuisse, siquidem sapientia divina erat quam convenientissimum, totum humanum genus arctissime inter se connectere, quod melius fieri non potuit, quam si omnes ac singuli ab uno patre descendenter, act. XVII, 26. Nos jam minime implicantibus difficultatibus, circa propagationem peccati movendis, hoc unicum pro certo assumere possumus, a primis initii nobis peccatum inhærente, & parentem nostrum communem, meliorem naturam propagare non potuisse,

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. 57

potuisse, quam ipse habebat i. e. peccato contaminatam. Quod ad modum possibilitatis hujus propagationis plene explicandum attinet, hoc aliis relinquemus qui plus vident quam nos jam videre possumus.

### §. LVII.

Non vero *Adam* tantum, cum posteris connexus est, *Nexus Adam* ut *caput naturale*, sed etiam ut *federale seu morale*. Qui *mi* cum *nexus moralis* in eo consistit: ut in posteris aliiquid sit ad *fieri* *mora-*  
quod *Adamus* se referat ut motivum ad id quod inde pendet. *ius.*  
Unde *ceu effectus moralis consequuta est imputatio peccati*  
*adamitici omnibus posteris facta.*

Assumimus hic *Adamum* sūisse *caput morale*, a Deo constitutum, quippe cui, tanquam tali a quo tota felicitas nostra dependet, licitum erat, pro sua sapientia & bonitate hoc facere, quem etiam credere fas est elegisse hominem omnium optimum, rebus suis melius omnibus reliquis fungentem. Distinctius tamen explicanda erit *ratio* *hujus nexus moralis*, quod hunc in modum faciemus. *Adamus* necessario per (§. 56.) fuit humani generis totius *caput naturale*, quapropter peccatum non potuit non ex ipso in omnes transfire homines. Deus igitur ab eterno restauranda humani generis felicitati operam navingens enixissimam, non melius ad id præstandum & sapientia suæ conformius excogitare potuit medium, quam *imputationem meriti alieni seu Christi*, ut vero iustitia aliena nobis imputari posset, requiebat ut alterius *iniquitas & iniquitia nobis prius imputentur*, quia alias in actionibus divinis non omnimoda futura sūisset convenientia, jam hoc aliter fieri non potuit quam constituendo *Adamum caput morale*, unde sequitur *nexus hunc moralem* continere aliiquid boni cuius repræsentatio Deum movit ad nobis peccatum *Adami* imputandum, & *Adamum* aliiquid continere quod Deum movit ad ejusmodi de nobis sententiam ferendum qua peccatores esse judicamur, hinc in nobis est aliiquid ad quod *Adamus* se refert ut motivum.

### §. LVIII.

Explicatis jam & evictis pbrofibus connexis de hac ma- *Transitus*  
teria occurrentibus, transamus jam ad quartum, idque *ulti ad quartam*  
*mem, exercitationis nostræ caput, in quo finis noster erit, ut sectionem.*

*ex veritatibus hucusque consideratis abstrahamus notiones ejus, quod naturale & morale in Theologia denominare solemus, universales.*

Et tunc jam haec in re versari possumus, cum horum terminorum sensum jam erimus in potioribus casibus specialibus. Notiones quas figemus ita erunt comparatae ut, iisdem pro veris acceptis, a priori demonstrari poterunt omnes, quas hucusque consideravimus, veritas, quod tamen in praesenti nemo a nobis exspectare poterit.

## §. LIX.

*Naturale.* Primum quod definiendum nobis erit est *naturale* in genere, quod ita explicamus, ut omne illud eo intelligamus, *quod ad nexus effectuum pertinet.*

Hanc definitionem esse legitime constructam ex inductione omnium exemplorum facilime demonstrari poterit. Quod si enim placebit ea que (§. 18. 20. 22. 23. 24. 26. 28. 29. 31. 37. 41. 46. 54. 56.) diximus in mentem revocare, apparebit, quiequid in Theologia *naturale* vocatur, in oppositione *moralis*, esse vel causam efficientem, vel effectum, vel modum agendi, quo causa efficiens agit, jam cum omnia haec momenta ad *nexus effectuum* referri debeant, inde pater *naturale* in genere definiri posse per id: *quod ad nexus effectuum pertinet*, seu ad *nexus causarum efficientium & effectuum*. Hoc unicum tantum restat, ut extra dubitationis alcain ponamus, hanc definitionem non contradicere definitioni *naturae* (§. 2.) allatae; quod hunc in modum praeftatum, ostendendo omne illud quod quomodounque ad *naturam* pertinet, pertinere eo ipso ad *nexus effectuum*. Omnis enim vis activa pertinet ad *nexus effectuum*, quia vis est principium sufficiens existentis mutationis, hinc quia causa efficiens est id, in cuius actione continetur ratio sufficiens existentia alterius, omnis vis activa erit causa efficiens, hinc pertinet ad *nexus effectuum*. Jam *natura* est complexus omnium virium, ergo etiam *natura* pertinet ad *nexus effectuum*, ergo etiam omne illud quod quomodounque ad *naturam* pertinet, pertinet eo ipso ad *nexus effectuum*. Quisque facile videbit, nos hac definitione ad *naturale* referre id quod alias *supernaturale* audire solet, quia etiam *supernaturale* *nexus effectuum* non egreditur.

## §. LX.

QUOD NATURALE ET MORALE EST. 59

§. LX.

*Vis naturalis est: quæ ad nexum effectivum pertinet ut Vis naturæ causa efficientis, seu in cuius actione continetur ratio sufficientis lis, existentis alterius.*

Ex paragrapho precedente veritas hujus definitionis satis elucescit, quæ tamen magis appetat comparatis (§ 35. 44.) unde constat, *vix naturali verbi divini, & sacramentorum, ita esse comparata, ut in ejus actione continetur ratio sufficientis, existentis mutationis supernaturalis, seu aliquic ad eandem pertinentis, quod si generaliori notio- ni includitur nostra inde enascat definitio.* Hanc definitionem non tollere notionem (§. 6.) explicatam ex §. precedente demonstrari potest. Referimus ad vires naturales etiam illas quæ supernaturales vocantur, quod itidem ex (§. præc.) patet. Sequuntur hac in re pre- cantes Theologos, quippe qui id quod ab aliis supernaturale vocari so- let *naturale* nominant. Potest etiam hæc loquendi ratio cum sen- tencia Theologorum antiquissimorum conciliari, quippe quibus in more positum erat, DEUM ipsum *naturam naturantem* appellare, hinc omni jure eas vires, quæ ab ejus actione immediate dependent, quales sunt *supernaturales*, vocare possumus *naturales*.

§. LXI.

*Effectus naturalis est, qui ad nexum effectivum pertinet, Effectus na- uræ effectus causæ efficientis, seu tanquam id quod rationem exi- turalis. existentia sufficientem habet in actione alterius.*

Veritas hujus definitionis evinci potest ex inductione omnium ex- emplorum. Ubi ex (§ 37. 46.) appetat id vocari *effectum natura- lem verbi divini* quod in actione vis verbi divini *naturalis* rationem existentia sufficientem habet, idque esse *effectum naturalem sacramen- torum* quod in actione vis eorum rationem sufficientem habet, hinc collato (§ 63.), unde certum est: *vix naturalem* pertinere ad *nexum effectivum* ut *causam efficientem*, abstrahi potest nostra generalis notio; eandem vero usui loquendi non refragari evinci potest ex (§. 59.) collato cum (§. 7.) Cum quibus omnibus etiam contentur (§. 54. & 56.) Referimus etiam hoc illos *effectus* quos aliis magis placuit *su- pernaturales* vocare, ubi nos eadem justificamus ratione qua id (§. 59. & 60.) factum est. Abstinemus studio ab hac loquendi ratione, ne

præter necessitatem augeamus terminorum multitudinem, unde summa confusio, experientia id testante, ortum suum traxit.

### §. LXII.

*Modus agendi naturalis natu-*

*ralis.*

*Modus agendi naturalis* denique erit talis agendi modus, *qualis in nexu effectivo invenitur, seu quo causa efficiens utitur in producendo suo effectu*, qui in eo consistit: *ut agar, in eoque continetur ratio sufficiens existentia alterius.*

Potest hujus definitionis legitima conditio, eadam ratione quæ præcedentim, in aprico ponи. Quicunque enim opere pretium esse duxerit ea conferendi quæ (§. 35. 45. 54. 56.) in medium protulimus, ibidemque rationibus stabilivimus, is ultro nobis concedet, nos hic regulas abstractionis observasse, quam fieri potest exactissime, hinc præsentem definitionem non solum legitime esse constructam, sed eandem etiam esse verissimam. Consentire vero hanc notionem cum ea quam (§. 38.) usuloquendi magistro assumisimus, ex collatione (§. 59.) apparet, quum enim *ea vis determinatio*, qua in actione ejus continetur ratio sufficiens existentis alterius, fiat legibus mutationum virium, ad hoc genus pertinentium, conformiter; quia *lex virium naturalium* consistit in eo, ut agant ita ut in eo continetur ratio sufficiens existentis alterius, inde consensu hujus definitionis cum usu loquendi magis elucescit. Nec minus cum ratione ad hunc *modum agendi naturalem*, modum agendi *supernaturalem* referimus, partim ob easdem rationes ob quas in §§. præcedentibus *supernaturale ad naturale* retulimus, partim quia (§. 36.) ad structum ivimus *vim verbi divini supernaturalem* operari modo *physico analogo*, qui si confertur cum (§. 12. & 8.) nova ratione urget, *modum agendi supernaturalem* referri ad *modum agendi naturalem*.

### §. LXIII.

*Morale.*

*Quod ad morale attinet id in genere ita definimus, ut eo omne illud intelligamus: quod ad nextrum motivorum cum iis qua in iisdem rationem sufficiensem habeant pertiner.*

Hanc notionem illius quod *morale* in theologia vocare solemus, esse legitimam, ex inductione omnium casuum, in quibus voce *moralis* in Theologia in oppositione ad *naturale* uti solemus, demonstrari potest quam evidentissime. Quodsi enim quis conferre voluerit quæ (§. 25.)

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. 61

(§. 25. 27. 28. 29. 47. 49. 55. 57.) adduximus is facile perspiciet, quicquid in Theologia morale vocatur, esse vel principium motivorum seu eadem suppeditans, vel id quod in suppeditatione motivorum rationem sufficientem habet, vel modum quo motiva suppeditantur. Ex quibus omnibus consequitur; quum omnia haec momenta pertineant ad nexum motivorum cum iis que in iisdem rationem sufficientem habent, seu ut a nonnullis vocatur exiguum atque finalem, nos legitime nostram abstraxisse notionem, hinc eandem esse legitimam. Hanc vero definitionem non tollere eam (§. 13.) exhibitam, ibidemque per usum loquendi stabilitam, ita evincimus: *mores* a libertate dependent, jam cum libertas sit facultas sponte determinandi actiones ex motivis, *mores* a motivis dependent, hinc in iisdem rationem habent, jam omne id quod in motivis rationem habet pertinet ad *nexus* motivorum cum iis que in iisdem rationem sufficientem habent, hinc etiam adhunc *nexus* pertinent *mores*; jam *moralis* est omne illud quod ad *mores* pertinet. Ergo id quod ad *mores* pertinet, pertinet etiam ad hunc *nexus*; quem u habeamus compendium sermonis, vocabulum *nexus moralis*, nihil aliud vero in praesenti sub eo intellectum voluimus nisi quod in hoc spacio explicavimus.

### §. LXIV.

*Vis moralis* est id: quod ad *nexus moralis* pertinet, *Vis moralis*.  
*Tanquam principium*, seu id ex quo cognosci possunt, quodque suggerit, *motiva*.

Veritatem & legitimam hujus definitionis conditionem probamus, tum ex (§. præc.) tum ex inductione notionum inferiorum unde haec generalis abstracta est. Si enim in memoriam revocamus quæ (§. 47.) proposita sunt apparente inde hanc notionem esse legitimam. Consentire vero eandem cum usu loquendi ostendi potest tam ex (§. præc.), quam ex collatione (§. 14.) unde apparent: hanc notionem, cum ea ibidem suppeditata, mirifice consentire.

### §. LXV.

*Effectus moralis* est id: quod ad *nexus moralis* pertinet. *Effectus* *Tanquam principatum*, seu id quod in motivis *ratio-moralis* nem sufficientem habet.

Hunc conceptum cum re ipsa consentire ex inductione omnium conce-

## 62 DE DISCRIMINE EJUS

conceptuum inferiorum, in Theologia ad effectus morales pertinentium, ostendi potest. Quodsi enim placuerit eorum recordari, quæ (§. 49. 55. 57.) rationibus suffulta in medium protulimus, extra dubitationem positum erit, nos hanc notionem tantum per abstractionem formasse, hinc esse legitimam. Quod etiam ex (§. 63.) evidentissime ostendi potest. Consentire vero eandem cum notione usui loquendi conformiter conserua (§. 16.) ita ostenditur: quicquid rationem existentia sufficientem habet in libertate a vi morali determinata, est effectus moralis (§. 16.) jam libertas a vi morali determinata, determinatur permissiva (§. 14.) Ergo rationem habet sufficientem in motivis, hinc effectus moralis est id quod in motivis rationem sufficientem habet.

## §. LXVI.

*Modus agendi denique moralis est, talis modus agendi qualis in nexo morali deprehenditur, seu, quod idem est, quo motiva ad agendum suppeditantur.*

Potest hujus definitionis veritas eadem, qua in §§. præcedentibus factum est, ratione demonstrari. Si enim hic eorum recordarum quæ (§. 48. 55. 57.) proposuimus, ex collatione (§. 63.) sine controversia, veritas hujus notionis in oculis incurrit. Eo minus vero dubitandum est eandem usui loquendi esse conformem, quo magis verbotenus cum notione (§. 15.) explicata convenit.

## §. LXVII.

*Differentia. Quodsi igitur queratur, quænam differentia inter naturæ naturalis role intercedat & morale, respondendum erit, eam esse ean-*

*& moralis. dem, qua nexus rerum effectivus a finati differt.*

Potest hoc assertum demonstrari, ostendendo: naturale pertinere ad *nexus effectivum*, quod evidentissime ex (§. 62.) cluefecit, & morale ad *nexus finalis*, quod ita probari potest: *nexus finalis* est nexus finium & mediorum, jam si media finem obtinent consistit in eodem eorumdem perfectio, omnis perfectio est bonum, ergo ex consideratione *nexus finalis* oriuntur representationes boni, & per oppositorum oppositam rationem, simul representationis mali i.e. motiva, ergo ex *nexus finali* defundi possunt motiva; jam liquet *nexus moralem* non posse alia ratione esse legitimum, nisi cum *nexus finali* consentiat, quia motiva finibus rerum contradicentia sunt illegitima, ex quibus omnibus

## QUOD NATURALE ET MORALE EST. 63

bus patet: *nexus moralem involvi nexus finali*, hinc pertinere ad eundem.  
Ergo naturale & morale eadem ratione differunt qua *nexus mundi efficiens & finalis* differunt. Possent ex hoc spho veritates deduci cognitum utilissimam, sed finem meditationibus nostris imponimus, DEO T. O. M. summas habentes agentesque gratias, pro concessis viribus, optantes ut Clementissimum Numen hos nostros qualescumque labores, in nominis sui gloriam, ejusque illustrationem, eedere jubeat.

F I N I S.

## R E S P O N D E N T I AESTVMATISSIMO SAL. PLVR. DIC.

P R A E S E S.

**N**on concedam ut, quod aliis in arenam academicam a me deductis praefiti, gratulationis publicas officia in TE amicissime MEIERE, iam desideretur. Ita enim me obseruasti complures annos, ita mihi approbasti ingenium excellens, mentem bene animatam & virium contentionem, ita mihi singulas munerae publici partes obeundi assiduuus comes adhaesisti ultra lustrum, siue doctrinas sanctiores docerem, siue officiorum præcepta inculcarem, siue controversias sacras explicarem, siue viam ad sermones solemnies pandererem, siue antiquitates & vicissitudines civitatis christiana enarrarem, siue disputationibus, examinationibus, elaborationibus scriptis & sermonibus habitis auditores exercerem, ut fidem meam, in quam concessisti, defluere mihi viderer, si TE academicarum litterarum studium iam emensum & in lucem publicam cum eximio profectum specimine prodeuntem non comitarer, aut testimonia virtutis TVAE cognitae mihi atque perspectae non prosequerer. Accedit parentis TVI admodum reverendi

Jucunda




iucundissima consuetudo, quem tanti facio, ut mihi nihil  
putem praetermittendum quod illius interfit. Quare ipsi  
filium præcociis doctrinæ & optimæ spei, TIBI insignia  
DEI dona in TE collata, tirocinia litterarum præclare po-  
sita, et dissertationem denique hanc TVAM latus et ex ani-  
mo et vere gratulor. Argumentum quod discutiendum sum-  
fisti nemo improbat, qui offendentes nouerit circa hos ter-  
minos technicos olim et recens exortas, aut reputauerit  
quanti referat, ad fugienda bella triumphos non habitura, et  
puriorem doctrinam a cauillationibus infidiis et impugna-  
tionibus vindicandam, scrupulos etiam varios animis exi-  
mendos, ut termini, quos in linguarum inopia, ad res na-  
tura distinctas nobis aliisque distinguendas adhibemus, vagi  
nonnunquam ab ambiguitate liberentur, eorumque signifi-  
catus suis limitibus circumscribatur. Certe, si quid videmus,  
non adeo haesitatum fuisset a nonnullis in efficacia et opera-  
tionibus tam verbi diuini quam sacramentorum utrisque  
naturalibus et moralibus admittendis, si ab omnibus recte  
et satis intellecti fuissent hi termini. Quam ob rem mihi  
non displicuit consilium, quod cepisti, eos distincte explican-  
di. Elaborationem neque immutavi, neque accessionibus  
auxi, ut apud omnes dexteritas TVAE iudicium eo recti-  
us constaret. Spicilegium, quod huic epistolæ destinatur  
historicum, adiicere supersedeo, quod nimis iam ex-  
creuit ipsa disputatio et variis nunc distineor occupationi-  
bus, que ne horam quidem vacuam relinquunt. Tribus  
igitur verbis me expediam. Age mi MEIERE, in con-  
flictu solemni eundem TE praesta, quem ego et commilito-  
nes TVI disputantem saepius cognovimus. Tramitem vir-  
tutis, quem ingressus es, religiose et sancte per omnem vi-  
tam DEO vindicatus decurre. Viribus valetudinis infra-  
cta instauratis rem TVAM e re ciuitatis litterariae age feli-  
citer, atque si non male de TE merebor me non dilige sed  
ama. Dedi in acad. Frideric. d. XV. Dec. cl: I: ccxxxviii.

- Index
- 362640
- XXXIX. De Sistimine revelatione et approbatione.  
XL. De Propagatione et gradibus operati originalis.  
XLI. De Paullo gentilium Apostolo.  
XLII. Anno & sacro Iesu Christi in lucem editi commendatio.  
XLIII. Natalis Iesu Domini suavissima Narratio solennis  
nunquam quibus memoria (Re)lata in lucem edita antea,  
quibus celebrata est.  
XLIV. Anno facta Natalium Iesu Christi, commendatio  
de Chriſtologia Veteris Testamētū generationis tunc  
Iudei agita quam in Nōvo evoluta.  
XLV. De Fide in Christum.  
XLVI. De Thaumaturgia vero religionis charactere.  
XLVII. De sancto Cantorū Salomonis.  
XLVIII. Quid ratiō de suscitate corporum  
cognoscat.  
XLIX. De flineriorum orientalium usu.

A. Vardai

(X2371098)





EXERCITATIO THEOLOGICA  
DE  
**DISCRIMINE**  
EJUS QUOD  
**NATURALE ET MORALE.**  
DICITUR IN THEOLOGIA

QUAM  
PRÆSIDE  
VIRO SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO,  
DOCTISSIMO  
**SIGISM. JAC. BAUMGARTEN,**  
S. S. THEOL. P. P. O ET H. T. ORD. THEOL. DECANO,  
PATRONO ET PRÆCEPTORE SUMMA PIETA-  
TE ÆTATEM COLENDO,  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA  
D. DECEMBR. c. 10cccxxxviii.  
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBJECIT  
HORA LOCOQUE CONSUETO  
AUCTOR  
**GEORG. FRID. MEIER**  
AMMENDORFFENSIS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
LITTERIS HENDELIANIS. 1744. (8)